AB
10
C/13



1. Lutheri s. Mart. /
modus orandi
Wittenbergæ, 1541

2. Velij s. joh. Oratio
de summis Bonarum
Mart. Lutheri modo
exhibitis, 1588

W W3

3 Heriani s. Hug. s.
Libri de Spiritus Sancti
Processione, Basileæ
1543.

über Hugo Eterian vid. in Fabricii Bibl: Ethericianus (Hugo)

pag. m. Nr. 303.

e libris
Registr. Werning. 1811 Spl. c. a. com. de Asseb
op. L, 9;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-27110/fragment/page=0004

3. A

EN HABES LECTOR

D. HVGONIS ETERIANI THVSCI, DE SPIRITVS SANCTI processione, autoris peruetusti Libros tres, maxima totius Orientalis Ecclesiæ iactura hactenus non euulgatos, nunc tandem diligenti cura IOANNIS HEROLD Acropolitæ, & è tenebris erutos, & editos.

Cum indice duplici utriq; locupletissimo.

BASILEAE ANNO M. D. XLIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-27110/fragment/page=0005

D. HVGONIS ETTERIANI, EX Trithemij Spanhemensis de Ecclesiasticis scriptoribus & illustribus uiris, Cathalogo, Vita.

HVGO Eterianus natione Tuscus, in scripturis sanctis omnium suo tempore doctorum facile doctissimus, & in secularibus literis, egregiè doctus, Philosophus & Rhetor facundissimus, Græco & Latino sermone ad perfectum instructus (quem tota Græcia mirabatur scribentē) ingenio subtilissimus, et disputator nulli secundus. Scripsit multa præclara uolumina tam Græce quàm Latine, quibus nomen suum cum gloria ad posteros transmisit. Ex quibus ego reperi tantum opus quidem breue, sed non aspernandum, de hæresibus, quas in Latinos Græci deuoluunt. Ad Ardoinum Cardinalem lib. 1. Diligens prudentia. De immortali Deo lib. 1. De cæteris nihil reperi. Claruit temporibus Emanuelis Constantinopolitani Imperatoris, apud quem magnæ autoritatis erat: sub Friderico Romanorum Augusto primo, & Alexandro Papa quarto, Anno Domini D C. LX.

GILBERTO CO

GNATO D. ERASMI ROTE RODAMI discipulo dignissimo, uiro & pietate & literis clarissimo. Nozerethi Decano obseruandiss. IOANNES HEROLD Acropolita Bene agere.

VGONEM Eteria-num hunc nostrum, contra Græcos tam diserte disputantem GILBERTE doctissime, ut tuo nomini inscriberem, cum amor ille tuus eximius, quo erga sacras literas adficeris atq; flagras, nec non humanitas, adiuncta liberalitate insigni etiam erga pa-

rum cognitos, tum aliæ cauſſe permultę, quas nunc temporis, nec opus recenſere, neq; ſi uelim hoc in opere poſſem, effecerũt. Dabitur occaſio, idq; breui celebrandi nominis tui oportuna. Verũ enimuero quũ hunc auto rẽ parenti ac patrono tuo, imò totius Reipub. literarię ac GERMANIAE decori, D. ERAS. ROTERO D. tam probatum ſciam, ut uirum illum fuiſſe (beneficio diuini numinis) ſeculi ſui erudi tum IOANNI BRASSICANO homini docto, teſtatus ſit αὐτογράφῳ proprio: præceptoris tui teſtimonium unicum, Foliũ Sybillæ tibi futurum nemo negabit, uel mediocriter obſeruan

tiæ

tiæ ac gratitudinis tuę erga insti
tutorem gnarus. Est deinde, ni
fallor, hîc quoq; amico non uul
gari, qui sese ut hoc thesauro Ec
clesiam catholicã uarijs opinio-
nibus inundantem ditaret, eodẽ
sese priuari maluit, obsequundã
dum: nempe Ioanni Hofmeyste
ro olim Friburgi, nunc Colma-
riæ Ecclesiastæ, hinc tibi noto,
quod tum in familiaritatẽ (diui
nam ô Dij) ERASMI, tua indu-
stria adscitus sit. Vir cui ob inge
nij acumẽ aliquid deferas opor-
tet, ac piorum albo non omni-
no expungendus. hic, inquam,
si alteri quàm tibi Theologo, &
literatorum patrono dedicare-
tur HVGO noster, operam suã

male locasse aperte prædicabat. Parum igitur gratum me exhiberem, si amico nõ gratificarer, ea quidem in re, quam ipse iamdudum animo cõceperam peragendam. Præterea cum uideam corpusculum illud tuum uiros hoc æuo doctissimos quam plurimos admiratione afficere summa, ita, ni discipulum te scirent tanti uiri, ut extra humanum aliquid homini tuo tribuerent, animum in eo bonarum literarum tam auidum insatiabilemq; spectãtes: is esse nolui, qui ambitiosus haberi recuset, bonorum ac doctorum uirorum aucupando amicitias. Demum haud me latet, quid sit amici the

saurum (cum amicorum debeãt esse communia omnia) uel besse tantum augere. Tuas diuitias tã in diuinis literis quàm prophanis prædicant omnes, omnes celebrãt, adeò ut ne Itali quidem (ut sint literarũ bonarum auidissimi: & Italorum fermè nobilissimi: quod FR. MARIACIBO satis docet) non dico aureos illos montes, sed Bibliothecam omnigenis literarum bonarum monumentis refertissimã (quam parem quidem ætas nostra non haberet, nisi Illustrissimus Princeps ac patronus noster liberalissimus IOANNES RVDOLPHVS Abbas Murbacensis. Ptolomeum illum Ci

λαοδίκελφα iam supereſſet) excutiendam inquirendamq́, aueant. Hãc igitur ne ἀσύμβολος ego tantum eam inuiſerem, hoc opuſculo locupletari uolui: quo ſi ſerua nũc & miſera Græcia, quorundam peruicacitate olim defraudata non fuiſſet, proculdubio Nilus ipſe, malorũ quibus æmulus ſuus Iſter iam obruitur, ignarus eſſet. Sed domino ſit laus, qui Braſſicano talem mentem dedit, ut Budanæ bibliothecæ (quæ bonorũ autorũ copiæ cornu erat) ante Turcicã irruptionẽ libros ſelectiores ruinæ eriperet, autoresq́, Vuiennam Auſtriæ ſecũ deferret, aliâs multis bonis libris iam deſtituti eſſemus.

mus. Cõmẽdas tu quidẽ cõcordiã, quid facturus si materiam uides, quæ quicquid sol mane uidet, quicquid sero sorori lunę relinquit olim cõglutinasset? Detestaris discordiam, quos gemitus edas si Aquilę sacrosanctę caput alterũ, corpori Augustali auulsũ, protritũ, uulnus quoq; insanabile perspexeris, quod hoc unico libello languescẽs recreari, mederi, sanari deniq; potuisset? At inquies, Calabri dona promittis, animi molestiã facile recuso. Quis in publica calamitate GILBERTE mi, nõ legat, nõ discutiat, quæ ad exẽpla duci possunt? Oriẽtalẽ illã Ecclesiã hæc una de Spiritusancto cõtrouer-

cidẽtali diuisit, at diuisio illa quã tũ sanguinis insumpsit, quos tu multus excitauit, qua discordia ima, medioxima atq; infima cõmiscuit quod deniq; iugũ orbi imposuit: quòd quib. modis excutiendũ, dũ Petrarcha, Philelphus, Pius, Cãpanus, Callimachus, Mãtuan9, Cuspinianus, Huttenus, ERAS. ROTER. V. C Ritius, Viues, Camerarius, Bibliander alij quoq; permulti ac doctissimi uiri docẽt, nos quoq; ARMINIO in nostro, (quem breui in lucem dabimus) demõstrare conamur: uideo & operã & oleum maiorem partem perdere, tum admonendo, tum scribendo & consultando, quæ

ob

ob discordiarum turbines omnium animos præterfluunt inuanum, amantur enim rixæ, fraternus tantùm sapit sanguis. Pulsat iam fores arcis Christianæ orbis, GERMANIAE scilicet, infringit potius portas hostis crudelissimus. Instrue exercitus, munitionibus firma urbes, fabulæ: quid enim agas, capite à membris dissentiente, mẽbris capiti obstrepentibus? Perdidit Eheu oriẽtem, PER et EX utraq; Præpositio. Vereor, (Deus Opt. Max. omen auertat) ne duo ista uerba REDDE, REMITTE, Occidentem tandem pessundent. Sed quid iuuat conquæri, ijs in rebus, in quibus ingenia

genia omnium consummantur
friuole? Video, uideo fatum: Vi
deo summi, Dei summam iram.
Tu mi GILBERTE doctissime
quoties hunc libellum inspexe-
ris uigilijs ad Rẽp. recõciliandã
alacrius insiste. Tu enim quod
SADOLETVS Italis, qđ CAL-
VINVS Gallis, quod doctissi-
mus quiuis, aut Hispaniæ, aut
Britannię aut Germaniæ, quod
deniq; ubiuis gentiũ bonus uir
patriæ præstare potest, Burgun
dis tuis es. Diuersa quidem cau
sa Græcis olim ac Latinis erat,
sed cum nobis eadem pernities,
induant igitur opto, docti om-
nes HVGONIS huius nostri a-
nimum in placandis Ecclesiarũ
discor

discordijs, breui quod Occidenti imminet, oriens sustinebit onus. Sed de his satis. De nostro iam Autore, cuius uita descripta diligenter apud Trithemium reperitur: dicendum. LEO TVSCVS honestissimã huius facit mentionem RAYMVNDO de MONTE CATANO scribens, inquit enim: Et quidem præ omnibus frater & præceptor meus HVGO ETERIANVS sua grauitate grauior. Nam is Græcorum loquelæ perplexa internodia, olorum euincentia melos, uerborumq; murmura, quæ penè Maronis pectus fatigarent ac Ciceronis, intrepida excursione inspectis narrationum radici

bus

bus, mirificè discriminat. Hæc ille. Tuo uero iudicio (cui nõ minus defero, quàm OPORINVS noster, qui uti scis homo tui obseruantissimus, ac inter paucos obliterarum præstantiam recensendus, qui tibi uel Zenonis iudicium tribuit: necnon Gastij Theologi synceri calculo, qui ob dulcem memoriam Erasmi te uere diligit, cuius labores in orationem Dominicam ex patribus Catholicis collectos sub prelo nostro habemus) facile uincã, hunc autorem inter Dialecticos argutissimum fuisse, ac suo æuo proculdubio disertissimũ: quod autem maximum habendũ, nõ Sophistarum in morem texit

Elenchos,

Elenchos, non crocodilitis agit, non scirpis, non Paralogismis. Primo enim libro recitatis aduersariorum opinionibus atq; impugnatis. Per omnes Cathegorias discurrit non sophistico more, sed lenitate & dulcedine uerborum utẽs, nihil admiscẽs, quod huc nõ conueniat Secundo. Tertioatq; postremo libro ut in prioribus duobus frequẽter facit Sacrosanctæ scripturę testimonia adducit, atq; Catholicorum patrũ autoritates, necnon Synodorum uniuersalium decreta, approbationes atque statuta, miro quodam ordine, uehementia maturissima opponit. Hæc quidem omnia

quanquam pro dirimendis Ecclesiarum controuersijs, ijsq; in concordiam reducēdis: pro impugnandis Græcorum nugis, pro Sanctissimæ Trinitatis approbatione sint ualidiss. tamen scio haud defuturos, quibus omni in loco, omnino non satisfaciet hic noster: nam quis unquam omnibus probatus? Criticos autem hos admonitos uelim, mentem humanam nonnunquam dormitare ipsam, etiam in re seria, propria deniq;, nec ingeniū usquā tam prauū extare, quod meliora esse quandoq; non pariat. Tu igitur mi GILBERTE cum bonis, ut soles, autores bonos, amicè complectere, comple

xos

discute diligenter, discussis promeritis faue: sic hoc munusculū nostrū scio, grato suscipies animo, animum autem nostrū tui obseruantiss. proculdubio inter eos collocabis, qui ingratitudinis uitio immaniss. haud laborant. gnarus quidem sum, quantum humanitati tuæ debeam, quis enim ipsissimā Erasmi imaginē, Phydiæ opus, qua me donasti cum Cræsi thesauris permutaret: quod donum utiq; tantum fiduciæ, ne dicam audaciæ dedit, ut te promptissimi animi mei erga Reuerendiss. ac illustrē Principē dominū D. PETRVM PALMAE CARDINALEM, necnon consultissimū ac splen-

didissimũ uirũ HENRICVM Il lum COLINEVM qui Cæsari à consilijs est, ac obseruandum nostrum D. STEPHANVM TORNOVV, patronum constituere audeã. Scio enim quàm sis omnib9 primatibus, quibus cum uiuis ob mirã ingenij suauitatẽ et excellentiã, charus, quadeniq; apud omnes Burgundię proceres, gratia & autoritate emineas, nec me clam est. CHRISTVS IESVS te bonis, ac bonis literis diu superstitem incolumemq; seruet. Ex inclyta Rauracorum Basilea, Calendis Martij, Anno à nato Christo

M. D. XLIII.

INDEX

INDEX RERVM AC uocabulorum in hoc Libello memorabilium.

A

Aron murmurauit contra Moysen 61
Aaron unctus 103
Abyssus fundum nō habet 213
Acheron fluuius infernalis 214.
Acherusia palus 218. 214.
Actio quid 285
Actio quomodo à substantia 135
Actio sensuum 285
Actio unde progrediatur 45
Actionis ratio 276
Actione deus tantum manifestatur 284
Actu animalia differunt 35
Accipiter unguibus armatꝰ 105
Ad aliquid 266.267
Ad aliquid per mediū aliquid dicitur 154.
Ad aliquid Philosophis quid dicatur 172
Ad aliquid substantiuum suum tantū ostēdit 172
Ad aliud 256
Adam effectuum mulierum causſa 168
Adam mortē esse quomodo cognouit 252
Adam plasma 254
Adam quomodo ad imaginem dei creatus 130
Adam secundus Christus

ſtus 393
Adæ ingenitũ 131.132
Adamas igne non domatur 5
Adiectum deo nihil tribuendum 268
ἀδίωτος 5
Ad militiã uenire 103
Adoptionis ſpiritus 228
Aduentitius ordo 331
Aduentitium nil habet ſpiritus 176
Aduentitium nihil in diuina natura 80
Adunatiuum commune 224
Aegyptius arcus 202
Aegritudo animam afficit dolore 52
Aegritudini ſpontaneæ difficilis medicina 205
Aequalitas 399
Aequalitas non æquatur 250
Aequilibritas 399
Aequiuoca incomparabilia 308
Aequiuoca nullam habent rerum communitatem 93
Aër calefacit hominẽ 272
Aër uacua implet 360
Aes quomodo fiat ſtatua 271
Aeternus mundus 106
Aethnei Cyclopes 103
Aethyopis nigredo nõ permutatur in albedinem 243
Affectus animæ ueſtigia corporibus imprimũt 51
Affirmatio in quo conſiſtat 312
Agabus propheta Noui teſtamenti 176
Agammemnõ Tantali nepos 163
γεννητὸν 129
Agennitio 130
ἀγνίγοστος 340.395
Agnitio dei doctrinã largitur 23

Alcibia

Alcibiadis mentio per exemplum 224
Ales primũ parit ouũ 80
Anathematiſmus Cyrilli 201
Alexandri Aphrodiſei locus 17
Alexandriæ Antiſtes Dioſcorus 345
Alienigena Moyſis uxor 4
Altercatio quorundã 307
Alterius non ſemper ad aliquid 160
Ambroſius 143.263. 300.353.357.358
Ambulare quid in predicamentis 273
Amicus ueritatis Hieronymus 364
Amiclus patritus 104
Amor deus 64
Amor dei nõ otioſ⁹ 64
Amor patris ibid.
Amare mentis paſſionem non eſſe 52
ἀνθρωποποιὸς 161.173
ἀνακόδουδον 76
Amphilochius Baſilij notus 333
ἀναίτιος 137
Analytica Ariſtotelis 16
ἄναρχος 118.137
Anarchus 49
Anathema Cyrilli 201
Anathematizatio Synodi Calchedonenſis 345
Ancillæ ad uocem Petrus expauit 198
Angeli Deum quomodo uident 290
Angeli inconuertibiles 47
Angelorum iconas habere 212
Animæ ab ægritudine quando cõualeãt 52
Anima corporis affectionibus condolet 52
Anima diuinum nihil poteſt concipere 60

Anima ex quinq; reb. cognitionē recipit 115
Anima mundi quæ 9
Anima omnis passibilis 60
Anima phantasiæ causa 142
Anima principiū phātasiæ 142
Anima quando putrescat 256
Anima quid adipisci possit post resurrectionem 53
Anima quō cognoscatur 63
Anima quomodo rationalis 192
Anima rationalis 52
Anima semper mouetur 136
Anima uniuersitatis alterna 9
Animæ ægritudo otio sē de deo quærere 36
Animæ ægritudines 360
Animæ concordiā causā dixerūt quidā. 122
Animæ & corporis cōmunitas 132
Animæ & corporis cōiugatio 256
Animæ affectus uestigia corpori inserūt. 51
Animā moueri se non credidit Aristot. 52
Animę nostrę motus
Animā rationalē (144
diuidunt Philosophi trifariam 163
Animalis naturā quædam sine semine adipiscuntur 307
Animalis quæ sunt tamen non eius naturę
Animalia primo (327
ingenita 29
Animalium proprietates uariæ 50
Animalia quomodo creata 28
Animaliū differētia. 35
Animus colendus diligenter 234
Animæ erectio 235

Animi

Animi humani conatꝰ
Annullari 60 (238
Antichristus à quo discordet 229
Antiquus dierũ Deus apparuit 113
ἀπαλός 76
Appelles Smyrnæ Episcopus 336
Appetitu animalia differunt 35
ἀπλανὴς 291
ἀπλανὲς 347
Appollinaris 194
Apostoli nõ omnia dona habuerũt ſpũs. 295
Apostoli quo dono roborati 256
Apostolo, cõditio. 295
Apostolorũ prodigia
Apostolorum ſermo unde 176 (176
Aptitudo exiſtendi. 71
Aqua actu frigida. 271
Aqua obliuionis 214
Aqua poteſtate calida
Aqua quãdo igni (271 aſſimuletur 271
Aqua uiua quæ 125
Aquæ congelatio 307
Aquæ grauitas 312
Aquam feruentem ſanguini dominico quidã olim permiſcebãt 212
Aquilę erga pullos ſtudium 88
Arboris fructus 191
Archa demonſtrat fabrum lignariũ 378. 279
Archetypus 152
Archiſynagogi filia ſuſcitata 199
Arena equorea puteũ fodere 204
Argentum ab aqua calida, calefieri 307
Argentum in plumbũ 277
Arguentem alios quid deceat 301
Ariſtotelis locus. 10. 16. 52. 135. 179. 303. 362
Ariſtotelis locus. 16. 52. 70. 106. 107. 160. 184. 185. 246. 247. 291. 368

Arrij cauſſa 347.389. 390
Arrij error 66
Arriana hæreſis 148
Ars animæ cognitionem largitur 115
Artificis eſſe non operatur 278
Artificiales actiones 285
Artificialis ordo 331
Aſcenſio 19
Aſiam nauigat leo Tuſcus 100
Aſphaltides ſtagnum 235
Aſinus à leone cuſtoditur 358
Aſtra fixa reuibrare cur uideãtur 184
Aſſumptio falſa 15.16
Athanaſij mentio 6. 215.218.221. 300.333. 336.353.381. 392. 394
Athenæ 19
Athenienſes ſimulachrum ergo à Paulo increpati 96
Atlanticum Pontico mari participat 158
Alcreus 163
Audire deum quomodo ſcimus 252
Auditus inſeparabilis 10
Auditus ſurditate præſtat 252
Auerni flumina 214
Auguſtinus lucerna in eccleſia perpetuò ardens 358
Auguſtini lacus 65.78. 143.353.358
Aulalius 330
Aulalio ſcribit Sydonius 325
Aurum librare 264
Auſtralis poli infima 236
Azymus panis 209
Azymum benedixit Chriſtus 211

B

BA ſyllaba 55
Balneum quomodo calefaciat 272

Balsamum odorem emittit 10
Baptisma quo ordine à Christo institutum 155.156
Baptisatus Christus quomodo 393
Baptisandos quidam preungebant oleo 212
Barba Aaron unctus quid 103
Basilij mentio. 6.145. 147.157.215.218.220. 310.328.330.331.337. 336.353.366
Basis soliditatis 301
Beneficia dei, beneficum nos dicere eũ interpellare 162
Bernardꝰ Portus Cardinalis 6
Beseleel faber 168
Bethlehem morabatur Hieronymus 358
Binarius numerus 151
Bizantius nouus Philosophus 66
Boare quid in prædicamentis 273
Bonum æternum 9
Bonum simplex diuinitas 38
Boni plenũ quid 177
Boni priuatio peccatũ 70
Bonorum fons 64.
Bonitas bona non fit 250
Bonitas Dei quoad extendatur 23
Bos unus generationem boum omnium demonstrat 218

C

Caiareda diffinitendi uir Perutilis 232 233.237
Cain genimen 254.
Calami motio 105
Calchedonensis Synodus 630. patribus celebrata 344.345
Caliditas 91
Caligo syluę segetes interimens 233

Calor uiuificãs nos. 25
Calorem habet sol 154
Calũniator perfectus 60
Caluus capillatus rursus non fit 243
Candor Christi inuiolabilis 53
Canonico scribit Basilius 145
Caput ex quibus compositum 240
Caput omnium Dei filius 117
Caro Christi mortem quoq; interemit 200
Carnis Christi quõ clarificata 335
Carnis comestio ab hæreticis inhibita 210
Carnis uoluptas quid 360
Cathegoriæ Aristotelis 291
Cathena continuitatis 24
Causa cõditiua filij 42
Causa cõsummatiua spiritus 42
Causa et causatiuũ esse sui idẽ nõ potest. 167. posse 168. de eodem 172. 173
Causa et causatiuũ. 40
Causa existẽtiæ spiritꝰ 24. 27. 29. 40. 53. 57. 81. 82. 85. 90. 97 98. 99. 117. 141. 150. 156. 158. 161. 163. 166. 171 192. 224. 231. 271. 280. 286. 288. 327
Causa immediata 145
Causa naturæ 225
Causa non est natura 92. 93
Causa nulla Deo antiquior 181
Causa principalis pater 42
Causa procedens pater 131
Causa propinqua 161
Causa qualis pater 22
Causa rei quomodo prior 98

Cauſſa remota 161
Cauſſa ſpiritus pater & filius 85
Cauſſa uniuocũ 93
Cauſſæ & cauſatiui differentia 10
Cauſſæ primæ nulla generatio 107
Cauſſam quidã animę cõcordiã dixerunt 122
Cauſſarum diuiſio 56
Cauſſas ſuas quæ ſem per amplectuntur 10
Cauſatiui et cauſſæ di ſcretio 10
Cedrina laquearia 103
Celeſtinꝰ Põtifex Romanus 347
καινοτόμοι 300
Cetra 4
Chalcedonenſis con uentio de emiſſione ſpiritus quid ſenſerit
Chalcedonẽſ. Sy (213 nodus quid Symbolo addidit 348
Character ad qualita tem refertur 249
Character & imago non idem 378
Chriſti ſubtilitas 53
Character nomiſma-tis 264.
Character nõ debet ex cedere ſubſtantiã. 380
Characteris ratio. 379.
Chariſma ſpũs. 295 (38
Charitas dei uehemẽs
Charitas quale do (63
Charybdis. 235 (nũ. 63
Chlamis regem nõ facit 146
χρηματισμὸς 237
Chriſtus fõs boni. 199
Chriſtꝰ miracula quõ operatus eſt 203
Chriſtus nõ fuit legis tranſgreſſor 210
Chriſtus Paracletus dictus 259
Chriſtus patris ſapien
Chriſtus quid (tia. 220 ſuę incarnatione per-
Chriſtꝰ quõ (fecit. 194 parauerit pr 297 (293
Chriſtus quõ profecit
Chriſtus quõ unct. 263

Chriſtus

Christus quo ordine baptismum instituit 155.156
Christus sobrietatis magister 212
Christi doctrina quid 376
Christi Epitheta 365
Christi miracula an propriũ Christi 201
Christi prodigia 177
Christi uerba plena ueritatis 227
Christo in eo quod homo quid cum spiritu 199
Christo præsente raro discipuli signa faciebant 198
Christo quomodo participamur 293
Christiani unicam de Deo debent habere confessionem 106
Christianorum fides de Deo quid sentiat 262
Christianis non mentiendum 346
Christianæ fidei testimonia sanctorũ opitulantur 103
Christeeleyson 213
Circa deum nil imperfectum 52
Clarificatio inter patrem & filium 334
Clauus organum quo nauis gubernatur 390
In Cælis quę sunt difficilia inuestigatu 96
Cœlo extra nihil 291
Cœlis datio spiritus quid 195
Cœlestium corporum actio 285
Cœlestis musicæ dulcedo 236
Cœlum an sub tempore 372
Collectiuum commune 224
Cœli motio 107
Cœna mystica 209
Cognoscit seipsa mẽs 136
Cõmune trium, quod unius

unius proprium 57
Communia spiritus cum filio 94
Completiuum alterius numerum non facit 263
Compositum 240
Compositum quid dicatur 45
Cocytos fluuius inferni 214
Concausa 90
Conclusionem syllogisticam quid deceat 16
Concordiam animæ, causſam dixerunt quidam 122
Concupiscentia oculorum quid 360
Concupiscibile anima habet 193
Concupiscibile subiugorum ibid.
Conditiua causſa filius 42
Confessio unica debet esse inter Christianos de Deo 106
Confutatio Nicetæ 382.383.384
Confutatio quorundam hæreticorum 31
Coniuges 116
Connumerantur quæ non comparãtur etc. 263
Cõscientia nostra qualis esse debeat 214
Consignatio septimæ Synodi uniuersalis 208
Consilij spiritus 228
Consistentiam quæ cõsequuntur 240
Consors patri filius in donationibus spiritus 90
Constantinopolitani Archiepiscopi primatus, unde 350
Constantino Imperatore regnante Synodus Nicena 347
Constantinopolitana Synodus 346
Constantinopolitana conuen

Conuentio de emissione spiritus quid senserit 213
Consubstantialia 222. 223.
Consubstantialia quæ 49
Cõsuetudo patrita difficile eximitur 104.
Consummatũ cui non communicat 284.
Consummatiua causa spiritus 42
Contẽplatio mẽtis. 133
Contemplationis est hominum scientia. 23
Continentiæ magister Christus 212
Continuũ quid 151
Continuitas 24.
Conuersio 59
Cornua à carne producuntur 41
Cordis secreta deus solus nouit 392
Cordis capacitas 360
Corporis & animæ cõiugatio 256
Corporis affectus animæ aliquid indũt 51
Corpus collocatũ quomodo 192
Corpus omne in trib. substantijs 185
Corpus omne in loco
Corruptio omnis (367
abest à S. spiritu 190
Corruptibile nil in diuina natura 80
Corruscatio ex nubib. 10
Creator & creatura relatiua 366
Creaturæ rationales reuelationem quomodo accipiunt 114.
Creaturæ quomodo benedicant Deũ. 298
Creaturarum nõ sunt duo principia 28
Cucumeris alimẽtũ 1
Cultus Dei non diuidendus 109
Cylindrus ad quid. 235
Cypressina laquearia 103
Cyrillus Alexandrinus Patriar-

Patriarcha 347
Cyrilli mentio. 6. 62. 201.202.203.204.209. 215.216.219.220.230. 381.392.393.394.395.
ἀνάτις 5

D

Danieli se reuelat deus & quomõ 113
Decessio in trinitate nulla 24
Decima mensis primi tollat unusquisq; agnum pro domo iuxta numerum suarũ animarum 210
De me 212.213
De meo 213
Demonstratio unde fiat 240
Denominatum trium eget 91
Dentes à cerebro ducuntur 41
Descriptio dei unde
Descensio 19 (252
Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum 216
Destructio perfecta 60
Detrimentum nullum circa diuina 83
Deus absq; initio 9
Deus causarum principium 107
Deus immobilis 239
Deus incorporeus 9
Deus infinitus 115
Deus infinitus, simplex, æternus 11
Deus ingenitus 9
Deus inuanũ facit nihil 74
Deus inuisibilis 9
Deus nihil habet adiectum 326
Deus nomen nõ persona 21
Deus omnia habet. 86
Deus omnia scit ibid.
Deus in passionẽ adigitur 37
Deus perfectam scientiam solus habet 22
Deus præses simplicitatis 100

Deus prima cauſſa omnium 107
Deus principium omnium 9
Deus pater noſter 267
Deus quale ſimplex 107
Deus quæ uult facit 175
Deus quod eſt fieri nequimus 86
Deus, quomodo dicatur Deus Abraham 191
Deus quomodo participatur 108
Deus ſeipſum negare non poteſt 149
Deus ſine cauſſa 9
Deus ſolus bonꝰ 248
Deus uelut centrum in medio circuli 108
Deus uerax 70
Deus uerè unum 11
Deus unum ſimplex 107
Deus unus ſolus 265
Dei agnitio quid 23
Dei denominationes 164
Dei Epitheta 217
Dei potentia in creandis rebus 28
Dei prolocutor Gregorius Niſſenus 330
Dei qualitas incõprehenſibilis 242
Dei quæ ſunt, occulta ſunt 141
Dei reuelatio 113
Dei uerbum conſummatiſſimum 295
Dei uiſio 376.377.378
Dei uoluntatem nemo perfectè nouit 97
Deo nihil antiquius 181.282
Deo nihil poteſt accedere 11
Deo nihil prius 11
Deo nihil prius 241
In Deo nullum accidens 115
Deo quid propriũ 175
Deo ſine nihil 103

Deo uisibile nil conue nit 109
Deum adeuntem cre dere oportet 36
Apud Deum nil præte ritum 362
Deum solitarium di xit Timæus 9
Deũ uiuere quòd cre damus quę causſa 252
De Deo malignè quæ rere animæ ægritudo 36
De deo unica inter Christianos debet esse cõfessio 106
Dij per deum efficiun tur 86
Deitas commune triũ 218
Diuinus ordo ineffabi lis 119
Diuina fertilitas abdi ta 234
Diuina natura nõ mẽ suratur 372
Diuina natura quid haceat & in quo sit. 52
Diuinæ naturæ nil cõ parandum 19
Diuinæ scripturæ con suetudo quæ respuat 99
Diuinis in personis tres proprietates 36
Diuiuum ens bonum 177
Diuinũ incausſatum 164
Diuinum natura uiui ficum 377
Diuinum non esse ge nus 250.251
Diuinum non est sub natura 173
Diuinum semper fuit 11
Diuinũ simplex. 240
Diuinum simplex. 134.
Diuina describere Ada mante durius. 5 & 6
Diuina intelligentiam superant 6
Diuinitas ubiq; 47
Deuotio Latinorũ. 36

Dextrum 49
διὰ 386.387
Diadema non facit regem 146
Dialectica Grammatica posterior 251
Dialecticorum regula de similibus natura 98
διὰ πασῶν 161
Diarchia 42.46
Dicendi tumultuosa libertas 236
Dictionis intentio rimari debet 215
Didascalus orbis Petrus 351
Dies ex diluculo 119
Dies unde dicta 364
Differentiæ ratio. 241. 242.243.244
Differentiæ triplicitas 243
Differentiæ trium personarum in diuinitate 125
Difficultas huius operis 236
Diffinitio nulla potest diuino assignari. 241
Digitus consubstantialis manui 152
Digitus Dei 152
Dilectio quando crimen 64
Dilectio syncera quę 63
Dilectus diligenti opponitur 63
Dimensiones tres trinitatis 151
Dimidiatum imperfectum 94
Dionysius Magnus 108.110.181.182
Dionysio quid Plato de Trinitate scripsit. 8
Dionysij Tyranni Siculi mentio 8
Dioscorus Calchedonensis confutatus Synodo 345
Discipulis quem ordinem baptizanti præscripsit 167.183
Discipuli quid per insufflatio

fufflationem Christi acceperint 195
Discipuli quod pascha parauerunt 209
Discipulorum Christi corda flagrantia. 126
Disciplina apud doctores 199
Disciplina cognitionẽ dat animæ 115
Disciplina indisciplinatis 184
Disciplina quãdo Euãgelium 363
Disciplina una contrariarum 16
Disciplina unde fiat 240
Disciplinæ perceptibilis homo 71
Discretum quid 151
Discretio identitati cõtraria 13
Disgregatio omnia ostendit 332
Dissimilitudo segregat 29.30
Distantiæ mẽsura. 332
Diuersiclima liberalitas 169
Diuersitatem animus cognoscit 234
Diuisio trinitati abest 24
Diuisibilis diuisio. 239
Diuisibile distantiam habet 108
Diuitiæ delectum ignorantes 260
Doctrina Euangeliũ quando 363
Doctrina quærenda 214
Domini honor nõ cõtemnendus 214
Domui fundamẽtum inest 56
Donũ perfectum spũs
Donum quale spi(261ritus 256
Donum spiritus 295
De donatiõe spũs plura atq; elegantiss. 196.
Dualitas ad perso(197nas refertur 22
Dualitas quæ propriè dicatur

dicatur 22
Dubia sæpius per certa manifestantur. 215
Duo quando pater & filius dicantur 150
Duplex Pascha in eadem cœna 209

E

EBenus mareotida ad quid 235
Ebionitarum confutatio 210
Ebrietas animi ægritu
Ecclesia Latina(do 52 quid offerat 231
Ecclesiæ lucerna Augustinus perpetuò ardens 358
Eccles.luminaria. 359
Ecclesiam dei cõtumelijs afficere 221
Effectus plures in naturalibus 168
Effectus unde 107
Effigiei officium 374
Efficiens caussa 56
Electrum unde 240
Electri specie deus apparuit 113
Elementũ syllabis inest 96
Elementa facere & pati 277
Elementa ex quibus 135
Elementa omnia in tẽpore sunt 367
Elemẽta simplicia. 135
Elenchi apparentes.14
Elenchorum ignorantia 274
Elephas ac uermis eiusdem generis 307
Emmanuel.Imp.Constãtinopolitanus.100
Eliezer quid 4
Eloquentiæ ampullæ 102
Eloquij uena diues 102
Emmanuel Imperator Hugo de Latinorum dogmate admonet.6
Emissio spiritus non fecit patrem esse. 132
Emissio spiritus nõ est character 34
Emissio spiritus qualis 270

Emissor spiritus à quo dictus pater 91
ἐμ αυτῶμένη 374
ἐνεργόμενον 79
Energumenum habet ipsum unusquisq; 295
Ensis 132
Eöi conuersiones. 234
Epaphroditus Lyciæ Episcopus 356
Ephreltria Synodus 346
ἐωιχειρησις 37
Epilogus libri huius 401
Epilogus secundi libri 230
Epiphanius Cypri Archiepiscopus. 210. 340. 347. 350. 394.
Episcopi Methonæ Elenchus 15. 41. 91
Epitheta Christi 365
Epitheta Dei 217
Eritius unguento suffocatur 110
Error Bizantij Philosophi 67
Error Eutychis 346
Esaiæ se reuelat Deus quomodo 113
Esca unde 18
Esse deum non producit & qua caussa 278
Esse unde habeat spiritus sanctus 192
Essentia Dei neq; pater, neq; filius, neque spiritus 33
Essentia communis non est pater 225
Essentia cum spiritu aliæ potior 292
Essentiæ dei nil deperit 11
Essentiam quid differat à proprietate personali 218
Eua quid 126
Euę sectio 254
Euæ sectio 131. 132
Euangelium quando doctrina 363
Euodius Antiochiæ Antistes 356

Eunomius à Basilio impugnatur 328.331
Eunomius confutatur à Basilio 147
Eunomij hæresis. 125. 128
Eunomiana hæresis 148
Euripidis locus 216
Eustochium 364.
Eutyches Archimandrites Constantinopolis Antistes 345
Ex præpositio. 384. 385.386.387.388
Exhibitiua temporis ubi & quando 288
Existens non fit quod existit 11
Existentiæ euacuatio 145
Extrinsecæ caussæ 56
Ezechieli se deus reuelat & quomodo. 113

F

FAcere quid 271
Facere duplex 276
Factum infectum fieri non potest 79
Factum nõ est de substantia facientis 86
Facta facienti imparia
Factura non facto (115 ri similis 115
Fermentum humanũ assumpsit Christus 344
Fermẽtatũ offerri 209
Fide sola deo appropinquatur 115
Fidei in ratione tali ne mo ab altero diffidere 346
Fideles spiritu ducuntur 175
Figellus Ephesi episcopus 356
Figura ad qualitatem refertur 249
Figura personæ patris est filius 89
Filius caussa qualis. 22
Filius communicat æqualiter patri 92
Filius conditiua causa 42

Filius cur natura dicta 219
Filius & pater similes
Filius ex causa. 9 (30
Filius ex patre genera
Filius generari (tur. 9
æquam habet potestatem 11
Filius mens æterna. 9
Filius patris habet substantiã 84
Filius principium 117
Filius spiritũ quomodo habeat 80
Filius quare non compositus 172
Filius quomodo in pa
Filius quõ mit (tre. 87
tat spiritum 39.40
Filius spiritũ non dat ad mensuram 216
Filij causa 11
Filij missio quando uenit 377
Filij processus 12
Filij proprietas 132
Filium esse non facit emissio spiritus 32
Filij dei fideles 175
Finalis causa 56
Finitum infinito exequari nõ potest. 134
Fistula septilex 103
Flama nõ omne quod accẽditur 7
Flamma uarios habet effectus 104
Flauianus Constantinopolitanus Archiepiscopus 349
Flumen 19 20 (45
Fluuius emanat unde
Fons 29.20
Fons ueritatis perennis quis 216
Fons uitæ uerbum 99
Fontana deitas 183
Forma 12
Formata unde dicta
Formalis causa. 56 (189
Fortitudinis spũs. 228
Fortuna inmagnis suã exercet inuidiam. 102
Fratres Christi sumus
Fratres quõ se in- (293
uicẽ propinquãt. 300. 302

Frigiditas 91
Fructus, semen 18.19
Fruſtra nil circa deum 110
Fugiẽda quæ in diſputationibus 87
Futurum nihil apud deum 362
Futuri poteſtas 70
Futura Deus ſcit. 175

G

GEner ad aliquid 164
γέννημα 333
γεννητός 129
Gentes trinitatem publicauerunt 8
Gentiles fortunæ omnia dederunt 334
Genus etenim dei ſumus 96
Genus generaliſſimũ 12
Genus generaliſſimũ 142
Generis adiectio quando propriũ facit 17
Genere etiam unum dicitur 43
Generare filij non proprium 26
Generare poſſe quid 71
Generare proprietas 306
Generari poſſe quid 71
Genitus mundus cur quibuſdã dictus. 106
Genitum unde 107
Genimen generanti proximum 163
Geniminis naſcibile 127
Generatio corporea non eſt in diuinis 81
Generatio nulla primæ cauſſæ 107
Geometria de magnitudine ratio 332
Germina à deo plãtata quæ 182
Gerſam quid 4
Gladius 132
Gladium ſpiritus biceps 206

Gloria Christi quãdo patefacta 334
Gloria duplex 336
Gloria inanis quid 360
Gloriam Christus quã quęsiuit 335
Grammatica prior dialectica 251
Grammatici per præpositioni quẽ casum dent,& quam significationem. 386.387
Grammatici personã accipiunt quomõ.216
Grammatici quid de me,à meo,oſtẽdãt.215
Grammaticis substantia quid 124
Gratia qua dulceſcim⁹ 25
Græci contentioſi 105
Græci etiam ſacras literas in ſuam opinionẽ trahunt 297
Græci Latinis inſultãt 48.80
Græci Latinis quantũ infeſti ſ
Græci Latinos arguũt 344
Græci uolunt ſpiritũ ex ſolo patre procedere 14
Græcorum crimen.345
Græcorum error quomodo increuit 105
Græcorum & Latinorum de ſpiritu ſancto controuerſia quæ 7
Græcorum & Latinorum diſſentio 215
Græcorum magniloquium 337.338
Græcorum peritiſſimi contra Latinos 301
Græcorum ſapientiſſimi Latinis concordãt 198
Græcorum ſollicitudo cottidiana 104
Græcorũ Theologi 14
Græcia aſtuta 104
Græciæ pertinacia.104 104
Grægorij mentio ac loci.19.99.117.147.182. ? 5 194

194.195.196.218.294.
325.326.353.365.394.
Gregorius Nyssenus
120.325.326.329
Gubernaculum nauis
390
Gustus non separatur
10

H

HAbere de quib⁹ præ
dicetur 291
Habitus in priuationẽ
permutatur 247
Habitus in quibus. 312
Habitudo quid. 255.
266
Habitudo infert & in-
fertur 165
Habitudo quid afferat
quid non 142
Habitudo per omnia
transit prædicamen-
ta 261
Habitudinis consider-
atio 58
Habitudines quę sint
263
Hæresis quædam de si
militudine patris & fi
lij 30
Hæresiarcha Cyri Epi-
scop⁹ Theodorit⁹ 207
Harmonia uocum ha-
bitudo 256
Helias apparens cum
Moyse 377
Hermiæ mentio 62.
219
Herodiona Patræ epi-
scopus 356
Hieremias prophetiã
aspernatus est, 61
Hieronymus amicus
ueritatis 364
Hieronymi locus. 65.
78.358.364
Hieronymi sanctitas
Hilarius.116.353. (358
Hinnibile 49 (357
Hircoceruus 142
Hyemales scaturigines
234.
Hypostases quę 50
Hoc pascha quid dictũ
Homonymũ.93 (210
Homo disciplinæ per-
ceptibi-

ceptibilis 71
Homo primũ plaſma 126
Homo primº quõ deo et patri nõ ſimilis. 231
Homo quõ imago dei 126.127.& 379
Homo ſecundus ingenitus 231
Homo unus, hominũ genus omne ſignificat 218
Hominis dominiũ in omnia 174
Hominis mẽſura. 242
Homini unicuiq; tempus menſuratũ 334
Homines quid dono dei 64
Hominũ uolũtas â uolũtate dei diuerſa. 61
Hominũ ſciẽtia quę. 23
Humani cõſilij in inueſtigatiõe diuinarũ ægritudo 103
Humana natura Chriſto non cõmunicatur
Humanitati Chri (263
ſti quę nomina tantũ conueniunt 366
Honos quid 336
Hoſtia pro mundo oblatus Chriſtus 257
Hugbaldº Hoſtiẽſis Cardinalis 6
Hugo Imp. Emmanueli familiaris 6
Hugo laborẽ hũc quo inſtigãte cœperit. 100
Hugonis de ſuo opere confidentia 2
Hug. in ſcribẽdo, ordo
Hyppocẽtaurº. 143 (7

I

Acob. Hieroſ. epiſ. 356
Iaſon Theſſ. epiſc. 359
Identitatẽ animus cognoſcit 234
Idea corporis 51.52
Idioma diuinarũ perſonarum 144
Idioma primi hominis non reperitur 127
Idiotas corrũpit Theodoritus 209
Ignis ab elemẽto quouis quid differat 323
Ignis aẽra calefacit 272

Ignis aquam quando sibi assimilet 271
Ignis in forma spiritus cur uenit 198
Ignis leuitas 312
Ignis natura in descẽdẽdo & ascẽdẽdo. 286
Ignis splendorem emittit 41
Ignis urit nescius quare 22
Ignorantia cauillatione prudentior 60
Illatio falsa 15.16
Imago quid 147.155
Imago figurã ex quo accipit 146
Imago filij spiritus. 30
Imago omnis circunferentiam habet. 126
Imago patris filius. 112
Imaginis natura 147
Imaginis ratio. 372. 373.374
Imaginum usus penes Iudæos fuisse 212
Immaculata deus largitur 63
Imparitas in trinitate nulla 24
Impassibile quod diuinum 38
Imperat sapiens 23
Imperatorem Emmanuel ad religionem tentus 6
Imp. Theodosij facin⁹ 357
Imperfectum perfectũ nil facit 119
Impios Latinos dixere Græci 338
Impietatis cõgeries 83.
Inæqualitas in trinitate nulla 24
Incopulabile quid 10
Indefinita propositio quid inferat 94
Indiuiduum nunquã species 26
Inductio Nicetę Bizantini falsa 31.32.67
Inesse Filij 35
Infectum fieri factum mendacium 70
Infinitum quid Pando

do iuſte 283
Infinitorum nulla ſcientia 115
Infirmitas peccatũ 70
Ingenitus mũdus. 106
Ingenitum ad naturã non pertinet 130
Ingenitum quid. 130. 131
Ingenitum non quod Deus 117
In loco omne corpus 367
Inopinabilia operatus eſt Chriſtus 203
Inſufflatio ſpiritus ſancti 194
Inſyllogizatum 32
Inſtrumẽti natura. 225
Intellectus quem finẽ habeant 155
Intellectꝰ ſpiritus. 228
Intelligentia inſeparabilis 193
Inremperantia corporis quid animæ obſit 52
Intentio dictionis rimari debet 214.215
Interculatio 148
Intrinſecæ cauſſæ 56
Inuidia nõ accidit deo 248
Inuocatio 102
Ioannes Cardinalis SS. Ioan. & Pauli 6
Ioannes Chriſto teſtimoniũ perhibet 327
Ioannes Chryſoſtomꝰ 34.195.209.220.326. 351
Ioannes Damaſcenus 147.325.326.381.395
Ioannes Theologus 30.63.200.389
Iraſcibile anima habet 193
Iraſcibile deriuatur. 193
Irrationabilia quomõ laudent deum 298
Ironas Philoſophus 218
Iudæ traditio 209
Iudæis quando Chriſtus notus 336
Iudæa prouincia. 235

Iudaicum

Iudaicum pascha. 209.
Iudaizare quid. 212 (210
Iudex 26
Iudicādi scientiā Christus habet duplicem 344
Iuramēti differētia. 77
Iustiniani lex 350

K

KYrieleyson 215

L

LAbore multo quæ in prospectu inueniuntur 96
Lactis dulcedinem instillare 102
Lancea fermentatum percutere 209
Lapidis demissi motio 286
Lapides precioſi splendent 363
Latices diuinorum uerborum 236
ἀπόστροφος dicti 338
Latinia Theophylacto impugnātur. 187. 188
Latini friuole à Græcis impugnantur 60
Latinorum ac Græcorum de spiritu sancto controuersia quæ 7
Latinorum assertio de spiritu sancto 11
Latinorū de spiritu ratio 89
Latinorum & Græcorum dissensio 16
Latinorum synceritas
Latinos etiā esse homines 339
Latinis Græci iniustè insultant 337
Latinis Græcorum sapientib. cōcordāt. 198
Latina Ecclesia quid offerat 211
Latinę eccles. Gregoriꝰ testimoniū perhibet
λατρεία ueritatis 392
Latro perfectꝰ 60 (295
Laus quæ gloria 336
Lectisternia 360
Legis transgressor nō fuit Christus 211
Legē diuinā despicienti fi-

ti fides adhibẽda nul
Legatio spũs. 90(la. 215
Leo papa Rom. 349
Leo Tuscus, doctus uir 101. 100. 103. 232. 233. 237
Leonis Tusci acumen
Leo in seruit Hie (100
ronymo 358
Leuitas Christi 53
Lex Iustiniani 350
Liberũ arbitrium. 174
Liberalitas diuersi cli.
Libris duob. quid (169
tractatũ sit ab Hugone 230
Ligni mensura 242
Linea mensurari quõ possit 242
Lingua impudica & uaniloqua Cyri 206
Μιθοπομπὸ 363
Locus quõ differat ab eo quod in loco. 270
Litia tria 211
Locus natura prior eo quod in loco 288
Loco animalia differũt λόγῳ 133 (35
Logici Methodi 23
Loth, parẽs & causa si
Lumen. 20(liq an sit. 125
Lumen spiritus 295
Luminaria Eccles. 359
Lux domin⁹ dict⁹. 137
Lux quõ illustret terrã 284. 285
Lux solis perẽnis. 364
Lucem emittit sol. 154
Lucẽ sol nõ parit. 186
Lucerna perpetuo ardens in ecclesia Augustinus 358
Lyrica dulcedo 102

M

Macedonius 89
Macedonij dogma 153. & 158
Macedoniana hęresis
Magis & minus (148
quæ recipiant 396
Magnitudinis dei non est finis 47
Maiestas diuina indiui
Manui cõsub(dua 242
stantialis digitus 152
Marcotida ebenus ad quid. 235
Mariæ cãdor. 52

Mariæ præconium 53
Martianus Imperator 349
Materia formæ accepti ua 134
Materia prima ſubſtantiam ſuam ſeruat. 134
Materia ſine principio in quibus 12
Materia tantum patitur 277
Materiata unde dicantur 189
Materialium rerum principium forma 12
Materialis cauſſa 56
Maximus Tauromenij Epiſcopus 356
Me 215.216
Medicina cur 57
Medium copulam ſortitũ quid deſideret. 13
Mediũ in Trinitate. 23
Medium propriè filius inter patrẽ & ſpiritum 161
Mediȷ res nulla corporea expers 23
Mediata cauſſa 145
Mediata cauſſa & immediata. 172. 173. 174
Mendatium quid. 219
Mendatium ægritudo 219
Mendacium factũ nõ facere factum 70
Mens 133
Mens quid 136
Mens animæ cognitionem tribuit 115
Mens æterna 9
Mens quomodo genetrix eſſe 126
Mens ſentit ſine latitudine temporis 285
Mens uniformis 136
Mentis genimen quid 126
Mentis Idioma 127
Menſurat omnia Trinitas 109.110
Mẽſurari quod poteſt quantitatẽ habet. 242
Metaphoricè, perfectꝰ dicitur homo 60
Methone Antiſtes. 15.

41.88.92.116.122.169.
.7 8 .179.186 . 300.303
Metropolita Nicomediæ 26.36.57
Meus 215.216
Mea 215.216
Meum 215.216
Minus cum insit, inest & maius 344
Minus & magis quæ recipiant 396
Mittere proprietas.306
Mors quid 251
Mortem esse Adã quo modo cognouit 251
Motus calefacit 192
Motus elementarũ. 135
Maius quid non 284
Motus differentiæ.369
Motus ratio.367.368. 369
Motu animalia differunt 35
Moyses glorioſum quid habuit 377
Moyses omni disciplina imbutus 4
Mucro 132
Mulieres septẽ apprehenderunt Christum 296
Multitudo quomodo mensuretur 332
Multitudo unius partĩcipat 239
Multiuadum 6
Mũdus quomodo sanctificatus 257
Mundus quando post Christũ cucurrit 335
Mundi opera 341
Mundum æternũ esse 106
Munda deus largitur 63
Muſicus odorem emittit 10
Muſicus unde dicatur 72

N

NAtura communicãtia 218
Natura differentia.218
Natu.incausata est.129
Natura nec ordini nec numero deputatur 155

Natura nõ est persona
Natura propria cõ(48
munia 47
Natura quæ simul sũt neutri causſa ut sit.98
Natura seipsam nõ parit 123
àNatura ad proprietates illatum inconsequens 180
Naturalis ordo 331
Natum nõ est id quod generans 86
Natalis consuetudo solis pertinax 104
Nascibilitas differentia inter patrẽ & filiũ. 33
Nascibilitas natura patris filio non subtra-
Nauis quõ gu(hit.171
bernetur 390
Nautæ æquoris periti quid timeant 236
νεάρα Iustiniani 359
Necessitas nulla apud Deum 281
Negatio in quo consistat 312
Negatiões infinitę sũt
Nepos ad aliquid. (71
163
Nestoriꝰ cõfutatur.201
Nestorius confutatur à Cyrillo 204.230
Nestoriꝰ hęreticus duos faciebat filios. 345
Nestorij blasphẽia.345
Nicena cõuentio quid de emissione spiritus sentit 213
Nicena Synodus quot patrum 347
Nicenæ Synodus constitutio 357
Nicenæ Synodus quid Symbolo addidit. 349
Niceras Bizantius Philosophus.31. 46.82.
110.111.126.140.148.
164.173.300.380 38[illegible]
382.385.389
Nicolaus Methonæ præsul 15.88
Nicomediæ Metropolita 28.57
Nicomediæ præsul. 15.
26.28.36.57. 80. 92.
120.134. 137.153.299

Nilus uenæ participat
Nix infrigidat ne- (158
sciens quare 22
Nominis indigẽtia. 91
Noẽ archæ fabricator
294
Nomisma librare 264
Nouem prædicamenta Hugo enumerat
Noui testamenti (172
legislator 344
Noui testamenti prophetæ 176
Nouissima nouit deꝰ 23
Nugas confingere in diuino impium 80
Numerus diuinis personis conueniens. 151
Numeris omnibus deus supetior 289
Numeri ratio. 366. 367
368. 369. 370. 371. 372
Numero etiam unum dicitur 43
Numero natura non deputatur 155
Nusquam 273

O

Occisionis Christi tẽpus prædictum. 210
Oculꝰ intelligẽtiæ. 290
Oculi glauci colorẽ nĩ grũ nõ recipiũt. 243
Oculis clausis deũ cõprehendere 248
Odire mentis non esse passionem 52
Odiosi à Græcis appellati Latini 338
Odor unde 10
Oleum lætitiæ 102
Oleum quid significet
Olympas Philip (293
pi Episcopus 356
Opera nostra charitatẽ dei in nob. manifestãt
Operibꝰ nostris nõ (63
accessimus deũ 385
Operatio mentis 133
Opinio citius fallitur quàm sensus 142
Opinio fallitur duplicĩter 142
Opinionẽ sequitur fi-
Opiniões ma (des. 143
lignæ cõfutandæ 233

Opiniones uariæ de mundo 106
Opprobrũ ſpinoſum 211
Oratio quid contineat 165
Oratio quid exigat 102
Ordo baptizandi à Chriſto traditus. 167. 183
Ordo creaturarũ à diuina prouidentia. 119
Ordo duplex 331
Ordo idem ſemper in trinitate 24
Ordo quẽ in baptiſmo tenere Chriſtus iuſſit 155. 156
Ordini natura non deputatur 155
Oſtium dominus dictus 137
Otioſẽ quærere de deo animæ ægritudo. 36

P

Actoli fluor 2
Palma Aegyptia 5
Panis azymus 209
Panis dominus dictus 137
παραπεχαραγμένα 278
Paralogiſmus falſus 27
Paralogiſmi 18. 27
Paracletus dictus Chriſtus 30
Paracletus & ſpiritus & uerbum 94
Paracletus unde dicatur ſpiritus 30
Paracletus ut ſit Chriſtus unde accipiat 207
Paracleti nomen cui iungatur 157. 158
Paracleti uocabulum filio dei cur datur 155
Parmenides 115
Paſcha legale 209
Paſsio Chriſti per quẽ pronunciata 391
Paſſionem non omnis actio infert 37
Pati quid 271
Pati poteſt deꝰ nil. 277

Pater bonum æternũ atq; excedens tempus omne 9
Pater Christi quomodo pater discipulorũ 298
Pater concordia in Trinitate 118
Pater deus absolutè 267
Pater dualitas quomodo intelligendus 20
Pater & filius non simpliciter duo 17
Pater & filius similes 30
Pater filij genitor 11
Pater ingenitus 265
Pater in quo præstat 11
Pater non dimisit me solum 174
Pater non minoratur 10
Pater principium omnium ingenitum 9
Pater principalis causa 42
Pater proprie ingenitus dicitur 131
Pater quando 98
Pater quæ, ea & filius 35
Pater quid in Trinitate possit 72
Pater seipsum multiplicat 10
Pater sine causa existens 9
Pater sine initio. 9. 265
Pater sine principio 117
Pater solus non creat 38
Pater spiritus causa in exhausta infinibilis 9
Pater spiritum in quo emittat 34
Pater substantia 20
Patris fœcunda uirtus 10
Patris substantia individua 264
Patri & filio una manus 151
à Patre solo procedere 214
Paternitas proprietas

eſt non natura 36
Patruus ad aliquid.163
Parentelæ linea 164
Patritus mos non facile eximitur 104
Paulus Athenienſes ſimulachrorum cauſſa increpat 96
Paulus quæ prædicando perfecit 169
Pauli de perditiõe Antichriſti ſententia.229
Pauli ſigna et prodigia 62
Paula 364
Paupertas quomodo cognoſcitur 251
Pax Chriſti 25
Peccatum quid 70
Peccata dimittẽdi quãdo diſcipuli poteſtatem acceperunt 195
Pelaſgorũ cellulæ oleariæ 233
Pelops 163
Penthecoſtes die Chriſtus quid dedit diſcipulis 197
Per Præpoſitio. 384
385.386.387.388
Percula 101
Perfectus ſolus deus
Perfecta hominũ (60 ſcientia nulla 23
Perfectũ quid. 42.185
Perfectum ex imperfecto 189
Perfecto quid cõgruat 396
Perfectio ſuprema 25
Perfectè nemo nouit uoluntatem dei 97
Perquirere quæ in diuinis non poſſunt 240
Perſij locus 216
Perſona quid 44
Perſonæ non ſeparantur in trinitate 87
Perſonæ tres diuinæ quomõ propriè tres dicantur proprietates 44
Perſonæ tres quomodo unus deus 55
Perſonalis proprietas in trinitate, num poſſit inueniri 127

Personalem proprietatem an liceat, & quibus possit inuestigari 250.251.252.253
Petrus ad uocem ancillæ expauit 198
Petrus cur tertiò interrogatus si Christum diligeret 351
Petrus Diaconus 394
Petrus negauit magistrum 61
Petrus orbis Didascalꝰ
Petrus prædicatiõe (351
quid effecit 169
Petrus Tyrannidẽ contempsit orbis 198
Phantastice magnitudo intelligitur 332
Phœbea lux 25
Philosophiæ nouæ inuentor Theodoritus 207
Philosophi caussã quadrifariam diuidũt. 56
Philosophiexistentiũ ordines tres ponũt. 192
Philosophi summa bon a & solida quæ dixe
Philosophorũ de (re. 2
mũdo opiniões uariç
Philosophorũ opi (106
nio de spiritu sancto schisma induxit. 189
Phœbus moræ impatiens 226
Photius Patriarcha Cõstãtinopolitanꝰ. 204
217.215.216.224. 222.
225.232.337
Photius cõfutatur. 212
Physiognomones 51
φύγανον 6
Piperis usus 5
Planetæ nõ reuibrant
Plasma primus ho (185
Platonis men (mo .126
tio. 8.136.224.362
Plenitudo diuinitatis in Christo habitans
Plotini mẽtio et lo (293
locus 9.248
Petri cognitio an actu compleat 113
Plura posse in trinitate quid 73

Pontus & terra, differẽ tia natura, specie fermè æqualia producunt 327
Porphyrij locus 58
Positionis habitudo facit situm esse 290
Positiones Græcorum inutiles 301
Posterius in Trinitate non est. 329
Posteriora Dei uidere 376.377.378
Posse trium personarũ in trinitate quomodo ostendatur 72
Potens absq; potentia esse non potest 189
Potentia in homine disciplinæ capax 71
Potentia Trinitati una 74
Præcisa languidius resurgunt 237
Prædicamenta in Deo quæ quærantur 143
Prædicamenta nihil ad res diuinas 276
Præscientia dei 268
Præses simplicitatis dous 101
Præsentis potestas aloqua 70
Præstans, accipienti milior 248
Præteriti nulla potestas 70
Primus homo nũ deo & patri similis 231
Prima nouit deus 23
Prima plura esse non posse 238
Principium quid 49
Principium naturæ nõ est 28
Principium non natura sed caussa circa naturam 117
Principium omnium quod 9
Principiũ sancti spiritus. 24. 29. 53. 57. 97. 99. 118. 150. 159. 163 166. 171. 231. 280
Principiorum attributio per quę trãseat 163
Principalis caussa pater 42

Principalitas communis Patri & filio 21
Prior quæ sunt, quã habeant rationem ad huius operis intentionem 273
Priuatio in quibus. 312
Priuatio multiplex 246
Priuatio susceptibile quando excludit. 249
Proficere apud deum quid 297
Proficere quid significet 297
Proficiẽdi uerbũ æquiuocum 297
Profluens & profluentia 265
Profluentiũ modus. 10
Pronomen possessiuũ quid significet 215
Prophetæ spiritũ Dei habebant qui in ipsis loquebatur 176
Prophetarum uoluntas diuersa à deo 61
Propontis Athlantico participat 158
Proportio animorum 256
Proprium duplex. 397
Proprietas alia singularum personarũ alia communis 48
Proprietas communis patri & filio 21
Proprietas duarũ 218
Proprietas & substantialis qualitas nõ idẽ 226
Proprietas quoq; nomen suum retinet. 91
Proprietas trium personarũ in trinitate quo modo ostendatur. 72
Proprietate insigniri 230
Proprietatem habere ibidem
Proprietates insignitiuę Trinitatis. 245. 259
Proprietates tres in diuinis personis 36
Proprietatum differentia 77
Ex proprietatibus ad creaturam illata incõ

sequens 180
Protagoras 128
Proueniẽdi modus. 312
Prudentia animæ cognitionem indit 115
Prolomæus 185
Puer in uirum 190
Puella surge 199
Punctus absq; interuallo 75
Punctũ diffinire. 248
Punctum diuidi non potest 43
Purpura regem non facit 146
Pyrrhiphlegeton infernalis fluuius 214

Q

QVadrifariam Philosophi causſam diuidunt 56
Quando quid ad ſpiritus missionem 288
Quarta decima luna 209
Quarta Synodorũ uniuerſaliũ quid ſanxerit 208
Quercu nati non ſunt Latini 339
Quieſcens quid 368
Qualitas trinita. quo modo cõſideretur. 256
Qualitatis potentia in prædicamentis 249

R

RAdius 20
Radius à ſole mitti
Radi⁹ unde 10 (tur. 41
Radios lux non præceſſit 186
Ratio quid 37
Ratio mẽtis genimen
Ratio quando ua (126 lidiſſima 234
Rationem fidei poſtulanti nos oportet paratos eſſe 214
Ratiocinatiuum anima habet 193
Reconciliator ſalutis Paulus multis 169
Remittere peccatũ donorum unum ſancti ſpiritus 196
Remiſſionis ratio. 397
Rhetor unde dicat. 72

Res

Res nõ exiſtẽs peccatũ
Res quæ eſt pater (70
98
Res quid cõtineat. 165
Rei eſſe cõplecti. 243
Rei conditæ omni aliqua cauſſa eſt 27
Rei indigentia 91
Rerum exiſtẽtium ordines 192
Reſponſio Calchedonenſ. Synodus 353
Reſurrectionis Chriſti prophetia 391
Reſurgens Chriſtus qui diſcipulis inſuffla
Reuela. dei. 113 (uit. 195
Reuelatio pro capita hominum 411
Ridere naturale 327
Riſibile 49
Riſibile ſpecies ridẽdi
Roma antiquior (327
348.349.350.352
Rom. Pont. Synodos confirmauerunt. 215
Ruta Lybicis ſerpentibus infeſta 6

S

Sabbathi magni Ser
Smo Io. Damaſc. 399
Sabellij error 18.66
Sabellij Hæreſis 122
Sacra ſcriptura non celeriter inuolãda. 104
Sacræ ſcripturæ etiã periti Latini 339
Salomonis de ſpiritu ſancto teſtimoniũ. 96
Salutis reconciliator multis Petrus 169
Saluator exoptatus Ieſus 53
Saluatoris potẽtia. 285
Sanctus ter acclamatio quid 395
Sanctificari à quo 68
Sanctitas Hieronymi
Sanitas quõ ani (358
maduertatur 251
Sapiẽti nemo imperet, prouerbiũ 23
Sapientes quoq; tẽptat ſeduci Theodoritus
Sapientia animæ (209
cognitionem dat 115
Sapientia dei 283
Sapiẽtia patris filij. 87

Sapientiæ ſpiritus. 228
Scalmus Stygius 100
Scientia à quibus reb. 114
Scientia dei quid 23
Scientiam perfectam deus ſolus habet 22
Scientia quæ ſit gloria 336
Schiſma de ſpiritu à quo initium cœperit 14
Scintilla ex lapide 10
Scribere quid in prædicamentis 273
Scriptura nota dictorũ 155
Scriptura ſacra debet recte de fide ſentientes adiuuare 217
Scylla 235
Secabile nihil in diuina natura 80
Secantur quæ 81
Secreta cordis deus ſolus nouit 391
Seculum hoc unde eſſe habeat 108
Seculis omnibus Deus ſuperior 289
Secundum Quid duo dicuntur pater & filius 18.27
Semen fructus 18.19
Senectus animi ægritudo 52
Senſus attendere iudicis debet 339
Senſus uehementiora ſenſibilium percipiens titubat 5
Sentire mentis nõ eſſe paſſionem 52
Senſus ueridicus unde naſcitur 234
Senſuũ operatio 285
Separabile nil in Trinitate 244
Sephora quid. 4
Sepiç uomitus 217. 216
Septiformẽ gratiã tantum Chriſtus habuit
Seraphin ter uoci (296
ferãtia ſanctus 257
Seraphin uelatus ſe re uelat Deus Eſaiç. 113
Serapionis mẽtio 218
Serapioni ſcribit Athanaſius 333

Sermo diuinus inuiolabilis 104
Serpentes Lybici pyganum fugiunt 6
Seruus impudenter agit nũquam prẽsente domino 214
Seth genimen 126
Seth imago Adam, sed non perfecta 373
Seth nascibilitas. 131. 132
Sexta synodorũ quid confirmauerit 208
Sigillum prototypus insignitionum 108
Signa per Apostolos quando frequentiora 198
Silas Corinthi Episcopus 356

SIMILIA.

Accipitris & Græcorum 105
Adamantis & ignis 5
Aëris & animæ 360
Animæ & aëris 360
Centri in medio circuli & dei 108
Dei ac centri in medio circuli 108
Dei & Sigilli 108
Dei simplicis & uocis humanę 107
Diuinitatis & Solis 185
Græcorum & accipitris 105
Ignis ac Adamantis. 5
Ignis ac niuis 22
Mediocritatis & piperis 5
Militis imbellis ac de diuinis scribentis 6
Niuis ac ignis 18
Picturæ ac similium. 18
Philosophicarum indagationum, et Testudinis aquatilis 5
Piperis & mediocritatis 5
Scribentis de diuinis et militis imbellis 6
Sermonis incastigati et uitis imputatę. 104
Sigilli & dei 108
Similiũ ac picturæ 18

Solis

Solis & diuinitatis. 185
Testudinis aquatilis & indagationum Philosophicarum 5
Vocis humanæ ac simplicis Dei 107
Similia ad quid 18
Similia quando copulentur 29
Similitudo copulat. 29 30
Similitudo unde ducatur 130
Similitudinis defectus 154
Similitudinem animæ cognoscit 234
Simplicitas compositionẽ non habet. 219
Simplicitatis deus præses 100
Simplicitatem naturæ quę uiolant 219
Singulare proprietatis 91
Sinistrum 49
Situs quibus insit. 290
Sitũ esse quid ad emissionem spiritus 290
Sita esse quæ impropriæ dicantur 290
Sobrietatis magister Christus 212
Socer ad aliquid 164
Socrates de dijs facile non loquebatur 162
Socrates quõ flumina Auerni uocauit 214
Socratis de sensu dictũ 339
Socratis imago qualis debeat esse 374
Socratis inductio per exempla 223.224
Sol 20
Sol inseparabilis 275
Sol prius luce non extitit 186
Sol radios emittit 41 154
Solis actio quæ 275
Solis amplitudo 228
Solis lux perẽnis. 364
Solis progressus cur uideatur 185
Solis magnitudo cotinua

tinua 151
Solem quantum dixit Protagoras 128
ex Sole quæ profluũt 10
Sophismatum laquei 204.
Species una de plurib. numero prędicatur 43
Speciei unius naturam eandem habent 134.
Specie etiam unum dicitur 43
Specie una plures homines unum 36
Speciei amplitudo. 360
Splen dor 26
Splen dor 152
Splen dor ab igne mittitur 41
Splendor stellarũ cur nõ rutilet in luce. 363
Splendorem extrinsecus lux nõ accipit. 33
Splendorem sol habet 154
Spinosum opprobriũ 311
Spiritus sanctus anima uniuersitatis 9. anima mundi ibid.
Spiritus sanctus cum principio 117
Spiritus sanctus digitus manus Dei 152
Spiritus sanctus individuus 197
Spiritus à filio quid accipiat 12.13
Spiritus à mente diuersus 126
Spiritus adoptionis filiorum 232
Spiritus amborum donum 256
Spiritus concordiam procurat 122
Spiritus consummatiua caussa 42
Spiritus cur dictus spiritus 210
Spiritus cur nõ sit causa filij 170
Spiritus emissionem à filio separari quid efficiat 325
Spiritꝰ energumenꝰ 79

Spiritus esse quomodo habeat 145
Spiritus & filius qualitates 20
Spiritus ex substantia cuius 86
Spiritus ex causa est. 9
Spiritus filio quomodo communicet. 94
Spiritus gentes cõiungit 122
Spiritus in Christo, prophetis, apostolis unus 176
Spiritus hominis corpulentus 327
Spiritus humani distributio 293
Spiritus in forma ignis cur missus 198
Spiritus in discipulis tribus modis operabatur 194
Spiritus nõ quærit permutationem 25
Spiritus nullius indigus 176
Spiritus omnium mensura 397
Spiritus orbem replet 256
Spiritus oris Christi 229
Spiritus patris secundum naturam 88
Spiritus pax Christi. 25
Spiritus persona non unitas 21
Spiritus proprius filij 202
Spiritꝰ qui à patre procedit 202
Spiritus quicquid uult Dei uoluntas est 61
Spiritus quomodo dator & emissor 26
Spiritus similis filio. 13
Spiritus ueritatis 143
Spiritus ueritatis 191
Spiritus emissio non absq; filio 31
Spiritus in terra datio 155
Spiritum sanctum qua causa pernenire ex ambobus oporteat. 12

Spiritum an discipuli ex seipso dederint 126
Spiritum pater non solum emittit 94
Spiritus sancti progressio 12.13.14.18.24.26 27.29.31.40.41.62.66 68.74.7879.87.88.89. 90.115.124.126.132. 136.138.150.156.158.159 161.164.166.171.172. 174.176.182.193.199. 213.214.216.218.219. 216.222.224.228.229. 271.288.296.334.337. 361.400
ex Spiritu conceptus quare dicatur filius 299
Spiritu fideles ducuntur 175
Spuma maris 191
Statuę inest res 56
Stephanus Iunior. 354
Sterilitate fœcunditas præstat 252
Stryx palus inferni 214
Subalternum 12
Subiectū ab eo quod in subiecto differt 270
Subsistentia inseparabilis 193
Substantia diuina inscabilis 48
Substātia diuina quid sit, effari non potest 283
Substantia est ingenita 109
Substantia non emittit neq; generat 33
Substantialis qualitas quid 226
Substantia quid Grammaticis 124
Substantia uirtutis. 135
Substantiæ conditor 272
Substautiam diuinam nullus uidit unquam 290
Sufficientia diuinæ potentiæ 268
Suiipsius esse nihil potest

teſt 224.225
Suppellectilis 360
Superficies quomodo conſtituitur 76
Superficiei menſura.
Syllaba 55 (242
Syllabarũ ſcandalũ.381
Syllogiſmus perfectꝰ
Syllogizare 16 (32
Symbolum ſanctũ adulteratum eſſe dixit Photius 221
συμπνοίαι 295
συμφνίαι 295
Synodus Calchedonẽ. traditio 345
Synodꝰ uniuerſal.208
Synodorum ſecunda quid ſancierit 208

T

TActus ab eo non ſeparatur in quo eſt
Tantalus Agamem(10 nonis proauus 163
Tartarus fundũ nõ ha
Tauri cũ came (bet.213 lis fluitantes 235
Vellus ſerotina 236
Temperantia carẽs uir tutem non habet.211
Tempus quid 253.369
Tempus genita præit
Tempus unicuiq; (106 menſuratum 334
Temporis exhibitiua ubi & quando 288
Temporis perceptibili tas hominib.cõmunis
Temporis quid hꝫ(253 beant irrationabilia 253
Tempore animalia dif ferunt 35
Temporibus omnibus Deus ſuperior 289
Terebynthus 339
Terminationis indigẽ
Tertia Synodo (tia 91 rũ quid ſancierit. 208
Textilicinia 235
Thabor mons 168
Thearchica ſuperſiſten tia 110
Thearchicæ Hypoſta
Thebæ .19 (ſes.68
Theodoſio Imp . quid Ambro-

Ambros. obiecerit. 357
Theodoritus præco & inuctor schismatis de spiritu 14
Theodoriti primi hæretici qui negauit ex utroq; spiritum procedere mentio. 14. 201. 204. 214
Theologia quid spectet maximè 181
Theologiæ typus 4
Theologorum de persona opinio 216
Theophori patres 381
Theophilactus Bulgariç Archiepisco. 187
Thessalon. quid Theodos. Imp. cõmiserit. 357
Timęo Locrẽsis. 9. 362
Timoris spiritus. 228
Torrens uiolentus magis sterilitatis quam ubertatis caussa. 237
Traditio Iudæ 209
Tria omnia sunt 185
Trinitas apostolis in-
Trinitas con (notuit. 8
ditrix omnium 46
Trinitas personarũ est
Trinitas pro spiritu (181
sancto trãslatiuè sumpta 182
Trinitas quõ una 11
substantia 109
Trinitas sola seipsam cognoscit 114
Trinitas una unitas, una substantia, unũ principium 11
Trinitatis essentia substantia, & proprietas aliaq; effectiua. 109. 110
Trinita. plura nomina
Trinita. potentia (167
uaria 109
Trini. una substãtia. 95
Trinitatem etiam gentes publicauerunt 8
Trinitatem nullus cognoscit 114
Trinit. quæ fugiũt. 312
de Trinitate Plotinus quid scripsit 9
de Trinitate qui benè uel malè senserit. 360

de Trinitate quid Platõ scripsit 8
de Trinitate Timæus Locrensis quid 9
Truncus à radice producitur 41
Typus theologiæ 4
Tyrannidẽ Petrus contempsit 198

V

VAsa 360
VVbiq; 275
Vbi quid ad spiritus progressionem. 288
Vena 19.20
Venæ unde producuntur 41
Verbum dei & ante secula quale 99
Verbum dei generationem habet 131
Verbum dei humanũ genus quomodo participat 158
Verbũ dei natura quid
Verbũ dei operatũ (26 est miracula 201
Verbum uita sanctificatiua 219
Verbi diuini difficul-
Veritas 26 (tas.104
Veritas dominus dict⁹ 137
Veritas non rectè quærenti non manifestatur 214
Veritas quærenda. 214
Veritatis amicus Hieronymus 364
Veritatis fons perennis quis 216
Veritatis norma tenen
Veritatẽ in om (da. 87
nẽ ducit spiritus 175
ex Veris quæ demonstrantur uera sunt. 16
Verax Methone præsul inuitus 91
Veridicus sensus unde nascatur 234
Via dominus dict⁹. 137
Videre dei unde innotescat 252
Virt⁹ actiõis causa. 135
Virtus adiecta 286
Virtus animæ naturaliter non inest 192
Virtus naturalis 286

Virtus sanctificatiua
Virtus carens (quę.39
sub macula est 211
Virtutẽ exire deintus
Visus cæcitate prę(199
stat 252
Visus cõprehensio.285
Visus commanet 10
Visus noster nutat
Vita 26 (184.
Vita Dei 252
Vita morte potior 252
Vitæ odore mortificati
110
Vitę priuatio mors.251
Vitis dominꝰ dictꝰ.127
Vitium animæ natura
liter non i nest 192
Vitulamina 4
Viuens 26
Vnctio spũs sanctꝰdic.
Vnum quid 43 (200
Vnum multum plura
liter dicitur 43
Vnum primum esse de
bet omnium 238
Vnio tollit personarũ
discrimen 14
Vnitas abusiuè pro pa
tre sumpta 182
Vnitas ad naturã per-
tinet 22
Vnitas indiuidua.284
Vnitas in quantũ mo-
ueatur 185
Vnitas naturæ est, 181
Vnitas naturalis & per
sonalis differt 263
Vnitasquõ immob.181
Vnitas quõ moueatur
Vnitas sunt omnia(181
Vnitas Trinit.quę (185
et qualis,& quãdo.11
Vnitati passio nõ inest
Vnitatem trinitatis (51
quõ Moyses signifi-
cet 94.95
Vniformie quod diui-
num 240
Vniuocũ quid habeat
Vniuersitatis pro- (93
ductor 272
Vniuersaliũ synodorũ
quinta quid consen-
serit 208
Volere imaginari po-
test 142

Voluntas dei nihil facit secundum quosdam 281
Voluntas Dei spiritus uoluntas 61
Voluntas facienda disponit 56
Voluntatem dei nemo perfectè nouit 97
Voluntate animalia differunt 35
Voluntas carnis quid 361
Vomer rectitudinis 103
Vox quid 155
cur data ibid.
Vox differentiam sub stantiæ in trinitate significans 124.
Vox intellectus nata 155
Vox imparticipabilis 108
Vox Socratis de diuinis 162
Vocis participatio 107
Vocatio nostra unde 385
Vocator ante uocationem 269
Vrbanus Tharsi pastor 356
Vtensilia 360

Y

Ὑπαλλαγὴ 301

Z

Yzania seminata 211
Zoarchica trinitas. 46. 67

FINIS.

SACRAE SCRIPTVRAE LOCA QVIBVS HVGO noster, partim ad refellendas aduersariorum opiniones, partim ad suas partes defendendas usus: quæ denique ob mysteria diuina obscuriora, dilucidè explicauit.

Gen 1. In principio fecit deus cœlũ & terram 28

Gen. 1. Faciamus hominem 45

Genes. 1. Et plasmauit deus hominem limum accipiens de terra, & insufflauit in faciem eius spiraculum uitæ 194

Gene. 11. Erat uniuersa terra labij unius 43

Gen. 11. Venite descendentes confundamus linguas 45

Gen. 19. Subuerti eos & subuertit deus Sodomam & Gomorrham 144

Exod. 12. Habebitis hãc diem in monimentum & celebrabitis eam solemnẽ domino 211

Deut. 16. Ante me non est factus Deus & post me nõ est. 282

Exod. 20. Audi Israël. Dominus deus tuus, deus unus est 95

Exod. 20. Ego enim sum dominꝰ deus tuus qui te eduxit

de terra Aegypti 109
Exod.25.Facias mihi duo Cherubin ex auro ductili 212
Deut.5.Non facies tibi sculptile 109
3.Reg.8.Quis nouit spiritum filiorum hominum si ascendat ipse sursũ. 259
Psal.9.Factus est dominus refugium pauperum 269
Psal.23.Introibit rex gloriæ 335
Psal.32.Quoniam ipse dixit & facta sunt 28
Psal.32.Verbo domini cœli firmati sunt 229
Psal.138.Quò ibo à spiritu tuo? 47
Psal.148.Laudate oẽs uirtutes eius.289. 298
Prouerb.3.Ve qui sapientes sunt apud semetipsos,& in oculis suis prudentes 205
Prouerb.3.Audi sermones fili patris tui et legem matris tuæ ne abijcias 366
Cant.2.Ostende mihi faciem tuam ut sciam te 376
Sapien.1.Os quod mẽtitur non erit impunitum 216
Sap.9.Difficile æstimamus quæ in terris sunt.&c. 96
Psal.32.Verbo domini cœli firmati sunt,et spiritu oris eius omnis uirtus eorum 283
Psal.44.Propterea unxit te Deus,Deus tuus oleo lætitiæ 293
Psal.70.Esto mihi in deum protectorẽ 269

Psal.71. Omnia quæcũq; uoluit fecit.279
Psal.101. Initio tu domine terram fundasti 28
Psal.101. Et tu domine terrã in principio fundasti 389
Psal.102.148. Benedicite dominum angeli domini imber, ros,& omnia nascentia in terra.298
Psal.103. Emitte spiritũ tuum & creabuntur 294
Psal.103. Qui facit angelos suos spiritus 258
Psal.109. De utero ante luciferum genui te 85
Psal.109. Dixit dominus domino meo 389
Psal.132. Vnguentum descendit in Barbam Aaron.103
Esaiæ 1. Israël enim me non cognouit & populus meus non intellexit me 335
Esa.48. Dominus misit me & spiritum eius 96
Esa.53. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est 391
Hiere.10. Dij qui cœlũ & terram non fecerunt,peremit 283
Hiere.11. Venite mittamus lignum in panem eius 391
Ezechi.28. Pro eis ego sanctificabo meipsum,ut & ipsi sancti sint,&c. 257
Ezech.3. Saluabo eos in Deo eorũ. 144
Oseæ 6. Viuificabit nos post duos dies & die tertia resurgemus 391
Math.1. Quod in ea natum

tum est de spiritu
sancto est 298
Matth.24. Vbi cadauer ibi aquilæ congregabuntur.
Matth.3. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igne 258
Matth.4. Dominum deum tuum adorabis 9
Matth.5. Beati mundo corde 290
Matth.7. Omnia quæcunq; habet pater mea sunt. 203. 213. 220
Matth.7. Nolite solliciti esse dicētes quid māducabimus. 343
Matth.19. Quis me tetigit? 198
Matth.9. Extende manum tuam & remittuntur tibi peccata 285
Matth.9. Mar.2. Tolle grabbatum tuum 285
Matth.10. Cum tradiderint uos nolite solliciti esse, &c. 227
Matth.10. Ego dabo uobis os & sapientiam 227
Matth.18. Cum dixerint uos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini 227
Matth.11. In ipsa hora exultauit Iesus spiritu sancto & dixit Confitebor tibi pater 200
Matth.11. Omne quod dat pater 215
Matth.12. Si in spiritu Dei eijcio dæmonia 152
Matth.14. Omnis populus quærebat eū tangere

tangere, quia uirtus de illo exibat 227
Matth.15. Fiat tibi sicut uis 285
Matth.16. Beatus es Simon Barlona quia caro & sanguis 113
Matth.18. Amen dico uobis quia Angeli eorum semper uident faciem patris mei 290
Matth.18. In ore duorum uel trium stet omne uerbum 359
Matth.22. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde 95
Matth.23. Vnus est magister uester Christus 43
Matth.24. De die illa & hora nullus scit 340
Matth.26. Hoc est corpus meũ. 1. Cor.11. 209
Matth.26. Vbi uis paremus tibi pascha? 209.210
Matth.28. Ite baptizate in nomine patris, & filij, & spiritus sancti 258.329
Mar.2. Erant quidam scribarũ ibi sedentes & cogitãtes. 391
Mar.13. Dum stetieritis ante Reges & præsides, nolite cogitare 214
Mar.13. Ponite in cordibus uestris non prę meditari quemadmodum respõdeatis 227
Mar.13. Non enim uos estis qui loquimini 176.343
Luc.1. Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud deũ & homines 297

Luc.10. Omnia quæ dedisti mihi pater. 340
Luc.11. Si in digito dei 152
Luc.15. Omnia mea tua sunt 168
Luc.17. Pluit dominus ignem à Domino & uirga regni tui 365
Luc.20. Quorum remiseritis peccata 195
Luc.22.1.Cor.11. Accipite comedite hoc est corpus meum 211
Luc.22. Bibite ex hoc omnes hoc est sanguis meus 212
Luc.23. In manus tuas commendo spiritũ meum 259
Ioan.1. De plenitudine eius omnes accepimus 375
Ioan.1. Erat lux uera 340
Ioan.1. Deum uidit nemo unquam 114
Ioan.1. Et uidimus gloriam eius 335
Ioan.1. Iesum à Nazareth quẽ unxit deus spiritu sancto et ueritate 210
Ioan.1. Nos de plenitudine eius accepim⁹ omnes 226
Ioan.1. Omnia per ipsum facta sunt. 389
Ioan.5. Non quæro uoluntatem meam. sed uoluntatem illius qui misit me 26
Ioan.5. Omne iudiciũ dedit filio 171
Ioan.5. Pater non iudicabit, quemquam, quia omne iudiciũ dedit filio 388
Ioan.6. Nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit eum 177

Ioan.6.Spiritus uiuifi cat,caro autem ni hil prodeſt 25
Ioan.7.Flumina de uẽ tre eius fluẽt aquæ uiuæ 258
Ioan.7.Mea doctrina non eſt mea 215
Ioan.7.Si quis ſitiat ueniat ad me 12
Ioan.8.Antequam Abraham fieret, ego ſum 364
Ioan.8.Ego à me ipſo non ueni 174.176
Ioan.5.Pater meus nõ iudicat quenquam 34
Ioan.8.Sicut pater uitã habet in ſeipſo.174. 175
Ioan.10.Nemo cognoſcit quis eſt filius niſi pater 113
Ioan.10 Nemo cognouit patrẽ niſi cui filius uoluerit reuelare 342
Ioan.10.Nullus rapit eos de manu mea 152
Ioan.10.Oues enim meæ audiunt uocem meam 25
Ioan.10.Pater meus, qui dedit mihi maior omnibus eſt 152
Ioan.10.Poteſtatẽ habeo ponendi animam meam & iterum ſumendi eam 287
Ioan.4. Quicunq; biberit ex aqua hac quam ego dabo ei 258
Ioan.10. Sicut cognoſcit me pater,ita ego cognoſco patrem 86
Ioannis 14.Ego in patre,& pater in me 113

Ioannis

Ioan.14. Ego sum uia, ueritas & uita. 69. 177. 395
Ioan.14. Filius nō potest à se facere quicquam 286
Ioan.14. Nemo uenit ad patrem nisi per me 69
Ioan.14. Pacem meam do uobis 346
Ioan.14. Pater meus usq; modo operatur: & ego operor 27
Ioan.14. Qui uidet me uidet & patrē. 379
Ioan.14. Qui uidet me uidet & patrē. 113. 178
Ioan.14. Rogabo patrem & alium paracletum dabit uobis 30
Ioan.14. Si diligitis me mandata mea seruate 96
Ioan.14. Si me scieritis scitis utiq; & patrē 87
Ioan.15. Non possum facere ego à me quicquam 215
Ioan.15. Spiritus qui à patre procedit. 213. 214. 215. 216
Ioan.15. Spiritus qui à patre procedit, ille me clarificabit. 333. 343. 344. 352
Ioan.16. Ipse me clarificabit 219
Ioan.16. Mittet pater in nomine meo 177
Ioan.16. Nisi abiero paracletus non ueniet ad uos 170. 195 197. 394
Ioan.16. Non loquetur à semetipso sed quæcunque audiet loquetur 61

Ioan.16. Nõ loquetur à semetipso sed quæcunq; audiet loquetur 61
Ioan.16. Paracletus autem spiritus sanctꝰ 96
Ioan.16. Spiritus de meo accipiet. 212. 213. 216. 217. 220. 336
Ioan.17. Clarifica me pater 335
Ioan.17. Pater ego te clarificaui 219
Ioan.17. Pater uenit hora clarifica filium tuum, ut & filius te clarificet 334
Ioan.17. Vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso. 144
Ioan.20. Accipite spiritum sanctum. 196. 198
Ioan.20. Ascendo ad patrem meũ & ad patrem uestrũ. 298
Ioan.21. Hic autẽ quid 352
Ioan.21. Symon Ionas diligis me plus his 351
Act.1. Accipietis uirtutem superuenientis in uos spiritus 196. 227
Act.1. Domine, si in hoc tempore restitues Regnum Israel? 341
Act.5. Cur temptauit cor tuum Sathanas mentiri te spiritui sancto 395
Act.4. Multitudinis credentiũ erat cor unum 430
Act.2. Per Apostolos fiebat signa 387
Act.10. Surge Petre, macta & manduca 355
Rom.1. Inuisibilia eius à creatura mundi per ea quæ facta

sunt 298
Rom.11. Tradidit eos Deus in reprobum sensum 144
Rom.2. Quando deus iudicabit occulta hominum per Iesum Christum 388
Rom.5. Charitas diffusa est in cordibus uestris 64
Rom.8. Non enim accepistis spiritū seruitutis 258
Rom.8. Quicunq; in spiritu dei uiuimus 258
Rom.8. Qui filios facit sanctificatos, & per quem clamamus abba pater 145
Rom.8. Qui in carne sunt deo placere non possunt 203
Rom.8. Si quis spiritū Christi non habet 334
Rom.11. Propter quē omnia et per quem omnia 385
Rom.15. Cum tradiderit Filius regnum deo & patri 340
1. Cor.1. Fidelis deus per quem uocati estis in communitatem 384
1. Cor.1. Gratia domini nostri IESV CHRISTI. &c. 157
2. Cor.1. Paulus per uoluntatem dei 385
1. Cor.2. Nos autē non spiritum mundi accepimus 202
1. Cor.2. Nunquā deū gloriæ crucifixissent 335
1. Cor.2. Si cognouissent nunquam regem gloriæ crucifixissent 367

1.Cor.8. Vnus dominus filius per quẽ omnia 144
1.Cor.10. Petra autem erat Christus. 377
1.Cor.12. Diuisiones gratiarũ sunt, idẽ autem spiritus. 156
1.Cor.12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus 175
1.Cor.15. Oportet corruptibile hoc induere corruptionem 53
1.Cor.15. Seminatur corpus animale. 53
2.Cor.3. Litera occidit spiritus uiuificat 258
Galat.1. Paulus Apostolus non ab hominibus neq; per hominem, sed per Iesum Christũ. 388
Galat.3. Quicunq; baptizati estis Christum induistis. 342
Gal.3. Spiritum filij sui misit in corda nostra clamantem abba pater. 187 200, 343
Philip.2. Non rapinã arbitratus est, esse se filium æqualem deo patri 69
Philip.4. Et pax Christi quæ exuperat omnem sensum. 25
Philip.4. Vt det nobis secundum diuitias gloriæ suæ, uirtutẽ corroborari per spiritum, in interiori homine 388
1.Timoth.6. Cognoscentur qui errant spiritu 259
1.Timoth.6. Qnem uidit nullus hominũ nec uidere potest 289
2.Timoth.1. Collabora Euangelio dei. 268
Heb.2. Nam quæ sanctificat & quæ sanctifi

ctificatur ex uno omnes 385
Heb.11.Iesus ex Aegypto populum saluans 365
1.Pet.1.De salute nostra conquisierunt & scrutati sunt Prophetæ qui de uctura in uos gratia.390
1.Pet.3.Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis,ut nos offerret deo 294
1.Ioan.2.Hæc autẽ scripsi de his qui seducunt uos 209
1.Ioan.2.Si quis peccauerit Paracletũ habemus apud patrẽ, Iesum Christum 30
1.Ioan.4. Deus charitas est,& qui manet in charitate.63, 65
Apoc.1.Ego primus,et ego nouissimus
Apoc.4.Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth 95.257.289

FINIS.

LECTORI S.

TOt proculdubio in tam paruo libello mirare surrepsisse errata, tu tamẽ si occupationes nostras si operum incuriã, si denique Exemplaris antiquitatem & characterem literarum uix legibilem metiri uelles, ignosces nobis facile: equidem dum in castigatione tumultuatur tantum, nec otium sit, ut sensum, præsertim in Dialecticorum argumentationibus fiatim inuolare possis, delictum hoc committitur diligentia nostra resarcinum. Ergo si quid occurret in hoc libello male castigati, erratorum hanc seriem consulito, quibus præter, nihil quod lectionẽ tuã remorari possit inuenies. Vale Lector humanis.

IN PRAEFATIONE

Pag. 6. uer. 1. lege, superasset. pag. 8. uer sui. lege ab Occidentali. pag. 14. uers. 16. meliora sese.

Pagina	Versus	Lege				
13	17	prorius	o	48	14	character
14	07	hoc		51	02	sunt
33	18	substantia	o		05	tribus
34	14	character	o		06	dicitur
35	15	cõmunitatis		52	37	alterutrum
36	08	augmentum		55	07	oportet cor.
•	21	creditur		54	06	Quod
37	14	ἐπιχείρησις		58	19	characterem
38	11	unde	o		21	secundum
•	12	nascitur		60	15	sumere
41	19	pro ducũtur		61	09	eiusdem
44	05	quod pro ad	o		11	nisi ex imb.
o	07	personas		62	16	anterius
46	03	eiusdem	o		18	diuiditur
•	05	dicuntur	o		22	patenter
o	16	accipitur		63	10	charitas
46	18	cõmuniter	•		14	percipitur

64	14	perhibet	153	24	Quod
65	08	etiam	215	05	Græcis (tus
66	23	simul	o	16	reliquus cœ
67	19	Deorum	o	23	intelligitur
70	01	alium	228	07	dirus inuent
o	05	eiusdemq;	o	10	patri (tur
71	06	uidetur	o	16	quẽ modũ
73	11	est substantia	o	25	quod accep
o	19	huius scilicet	210	11	dicitur pro
78	20	accipit, ecipit			deus
83	01	ostenditur	212	02	circũcludit
85	04	substantiuua	219	05	unam
86	09	Quod	230	12	creaturis
o	13	utraq;	237	07	chrimatis.
•	24	Quare si spiri	241	12	omne quod
		tes patris est se			disgregat
		cundum natu-	253	24	Quod
		ram, & filij	265	16	naturæ
92	23	deum	266	21	satis
98	13	dicimus	270	01	prohibente
102	23	claritatem	272	12	facere
103	02	impetus	285	17	quod
117	08	unde	291	01	ἄπλανη&
122	19	πνευμαχομαχία	291	01	minus se
127	08	quod	273	17	συμπνοίαι
132	09	characterem	295	09	necessarium
136	25	conclusionem	303	17	utriq;
163	07	profluere	o	18	aliquẽ legi
•	14	generat	310	18	tur
•	18	naturalibus	o	23	secundus
•	19	Agamemnon	318	20	sui
176	01	indigus	338	04	alienum
177	01	Quæ	349	20	
184	19	dicit	399	20	ἀγνίσου&
188	17	utercp	362	25	secula
190	05	quod posterius	364	07	aduentus
o	15	Episcopus	381	12	nolite
•	19	sed	o	13	Patres
•	21	alterutrius	395	05	mentitus
193	14	ascribile	397	18	quem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-27110/fragment/page=0088

ALEXANDER EPI

SCOPVS SERVVS SERVO-
rum Dei, Dilecto filio magistro
Hugoni, Salutem, & Apo
stolicam benedictio
nem.

Ognoscentes laborem plurimum, quem sustinuisti in componẽdo libro, quem nobis per dilectum filium nostrum Magistrũ CACIAREDAM misisti, attendẽtes quoq; fructum quẽ exinde speramus Ecclesiæ Dei prouenturũ librum ipsum, grata & læta manu recepimus, & deuotè sollicitudini & liberalitati tuæ uberrimas propter hoc gratiarũ referimus actiones: desiderium & uoluntatem haben

bentes, te quem hactenus relatione nostrorum, qui à partibus Cõstantinopolis reuertebãtur, charũ habebamus, de cætero feruentius diligendi, & multo chariorẽ habẽdi, & syncerius amplexandi. Rogamus aũt prudentiã tuã sollicitéq; monemus, ut sicut pro deo & pro deuotione Ecclesiæ prescriptum librum composuisti, ita quoq; charissimum in Christo filium nostrũ illustrem & glorioſum Constantinopolitanum Imp. ad deuotionẽ & reuerẽtiam Sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ exhibẽdam, & ad unitatem ipsius Ecclesiæ diligentibus prouoces monitis, & exhortatione inducas, ut sicut esse debet, unum fiat ouile, & unus pastor. Data Troiæ. Eidus Nouemb.

ALEXANDRO, PRIMAE SEDIS, VERE DIGNO Pontifici: Patri amantissimo: suo, atque finium terræ Domino, HVGO ETTERIANVS Famulatum, cum omnimoda subiectione.

EXACTVM à me opus de Immortali Deo, Grætie iudiciũ delaturæ, in ipsum crimina, peregrinamq; inhumanitatẽ, ut semel timore liberetur, fugitat. Cũq; iam latêre nolit, pugnatorum extimescens mucronibus sauciari, euolat, ad eminentissimam approbatissimamq; auctoritatem Romani culminis: summi tui Pontificatus clementiam præcatura: ut in lege atq; iure, ab aduersarijs se custodiat. Frendent sanè uehementer offensi, & tropeis inuidendo nostris, tropeorum nostrorum simulacrũ, nequaquàm excolunt: sed ea certè publicis, decretis & elaboratis orationibus, delere satagunt: atq; omni conatu decertant, ut modicis mundi utantur finibus. Arqui hæret in anima mea sollicitudo, ne in æqualitas orationis, in uentrẽ tantùm uideatur crescere, nihil solidi penè habens alimenti, ut cucumer.

Tropis
Troporum

mer. Narratio forsitan exilis putabitur & præceps, conclusiones quoq; uagabundæ ac effusę apparebunt in conspectu tuo, quo nihil uulgare dignum uidi potest. Profectò te iudice, honestatis & pulchritudinis, quas discere operepręcium est disciplinæ, delinquere aliquid suspicantur, & inopia uerborum suasorio splendore priuati. Quẽ enim sapientię tuę magnitudo, morum defecata grauitas, & ueri iudicij acumen nõ terreant? Hęc sunt utiq; quæ summa utiq; & sola bona dixere Philosophi. Verũ spe non derelinquor, qui credo illum, in cunctis Hesperiæ finibus debere recipi, qui iam aliqua peperit ante factis: qui pro Latinè ritu Ecclesiæ se opposuit contra uiros bellatores, qui nihil penè minus quàm aduersarios confutat: eloquar, qui ad Apostolicos pedes: nõ aurum, non argentum, non lapides præciosos, ut plerique, sed quod omne metallum, omnemq; lapidem exsuperat, & quod mortiferam Græcorum controuersiam potest sedari, gratis offert. Præterea, singularis præstantissimaq; tua uirtus, minuit metum: qui familiaritatem consuetudine non afferente, gratiam mihi suam, ceu
inclyti encliti Pactoli fluore asperso, cõciliauit. Quapropter tui censura Pontificat°, amputato Medusæ capite, subductis si qui sunt lapsibus, uetustati eripiendo, & obliuioni publicis dictum

opus

opus monimentis, spero consignabit: ut fructo nepotes ex eo carpant, tanti Pontificis fauore ipsum tuente, ac seruante seculorum posteris usibus.

IN LIBRVM DE HAE

RESIBVS QVAS INLA-tinos Græci deuoluunt, HVGONIS ET TERIANI Præfatio.

MOYSES quondã, ex collocutione Dei, cum disciplinam omnem habere putaretur, et uirgam Dei habens in manu, cũ descenderet in Aegyptũ, alienigenam coniugem cum duobus natorum pignoribus abducere secum uoluit. Itaq; sub huius typo literæ cum in Theologiæ controuersiam aliqua necessitate itur, complexionum acumen Gentilium Philosophorum, ueluti ad dimicandum cetram gladiumq; amplexandũ est. Inductiones syllogismiq; disponendi sunt ei, qui de difficillima & prima Philosophia, fidedignam uult facere demonstrationem. Verũtamen spuria uitulamina huiusce acuminis, præcidenda sunt proprietatis circumscriptione, qua cognoscuntur aliena. Quod quidẽ cõuenienter fit, si Sephora, id est, perspicacitas pulchritudinis, Gersam quidẽ aduenam mundum ostendat: & Eliezer, id est, Deum adiutorẽ, habere

Cetra scuti genus.

Vitulamina

habere se demonstret. Hac quidem ego semita progredi gestiens, de illa quæ supra omne creditur esse Philosophia, sermonem coactus facere, Attici quædam modulaminis argumenta, læsibile, immundum, alienumq; contagium resecans, ad præsentis seriē disputationis assumpsi, ut per multum necessaria. Nempè suspicor, quod huiusmodi extera ualdè referent, & plana faciant quæ dicenda sunt, si facilia, si uulgaria, si pauca quædam extiterint. Perhibent enim Physici, quod si piperis multa sumatur quantitas, obuertitur ad cystim, bilemq; concitat: sed cum quantitatem mensuret paruitas, soluit uentrē, salutiferaq; medicina fit. At qui dum supræmæ Philosophiæ principium delibare aggredior, aquatili uideor mihi similis esse testudini, quæ freta tranare cupiat, stupore cogitatus obsidetur, rabescit mens, lingua tam quàm ægyptiam palmam, quæ apud Græcos Adiperos uocatur, gustauerit, retardatur. Simpliciter autē et omnis sensus, quasi uehementissima sensibilium perceperit, titubat. Porrò ignis quidē, ferrumue Indici Adamantis alterutrum respectu languidum est: cum ferrum sculpturis peruicaciter contradicens, Adamas dicto exuperet: & ideo igni domabilis nondum repertus sit. Ego autem arbitror Adamante incomparabiliter durius & difficilius esse scribe-

Simile

νύξις

Simile

Palma Aegyptia.

re de diuino, quod non modo sensum, uerum omnem transcendat intelligentiam. Ideoq; uolebã circa has latebras fouere, ceu imbellis miles dimicare trepidans: & ne ieiuno eloquio perspicuus apparerem, difficultatem, gestionẽ, & odorem tanti negotij, ut Libyci serpentes piganum subterfugiunt, deuitare. Sed Constantinopo licũ essem, accersitus sum consulendus à Magno atq; Augustiss. IMP. EMMANVELE utrum'ne Latini aliquas sanctorum haberent auctoritates, quæ Spiritum sanctũ ex Filio esse asseuerarẽt. Vt ueni coram, multiuadis hinc inde nodis quæstionum dissolutis, postremò Imperatori magno illi dum reddo responsum, Imperatoriæ celsitudini conueniens: auctoritate firmum, reuerendũ grauitate, optimis propinquum rationibus, Basilium, Athanasium, & Cyrillum, magnam singulum eorum fidei lucernam, processionem ex Filio asserentes, in medium produxi. Et quoniam intuitus sum tunc Imperij serenitatẽ intendere ad diuinæ disputationis religionem, inuolucrum uerborũ rimari subtiliter, grauissimosq; disceptationũ Labyrinthos soluẽdo sufficere, uolũtatis multum irrepsit de altissimo hoc negotio pertractare diligentius. Huc quoq; accessit Hugbaldi Hostiæ: ac Bernardi Portus magnorũ pontificum: Ioannis quoq; Sanctorum Ioannis & Pauli

πήγανον, ruta

Multiuadum

Pauli reuerendi Cardinalis, iterata eadē pro re petitio multotiens. Nihilominus autem me de his adscribendum illexit plurima, quæ inter Græcos Latinosq; contrarietas exæstuat: Græcus sanè quod ex Patre solo Spiritus procedat, uehemens apparet assertor: Latinus autē æqualiter ex Patre & Filio progressum eiusdē Spiritū profitetur. Igitur quamquam nō sim- Ordo
sufficiens, omninò decorem ueritatis tanti negocij enodare (neq; enim omne quod succenditur, in flammam prorumpit) tamē in primis opitulante Deo, Latinæ assertionis expromam consilium. Dein Græcorum intensiones, cum insimulatione aduersus Latinos iuxta uires meas, rationibus, exemplis, auctoritatibus depellere, ac diluere temptabo. Sed enim ex consequentibus negociū, ex communibus si quæ reperiri quæant conceptionibus, & ex scriptura quæ à Deo inspirata est, eidem causæ fides præstabitur. Ad ultimum uerò sanctorum Ecclesiæ pastorum testimonia, Constantinopoli multo tempore quæsita, mihi assensum & fauorem Latinorum dogmati maximè præstantia, & tenorem fidei eorundem confirmantia, ut demonstratiuos adijciā syllogismos. Namque horum inductione, ut arbitror, facilius et expeditius, cui ueritas parti faueat, considerari poterit. Argumentū

DE HAERESIBVS QVAS GRAECI IN LATINOS deuoluunt, Siue, QVOD SPIRITVS SANCTVS EX VTROQVE, PATRE SCILICET ET FILIO procedat, contra Græcos, HVGONIS ETTERIANI Liber Primus.

CAP. I.

BEATAM & immortalem Trinitatem, quæ per IESVM CHRISTVM Apostolis perspicuè, ut posibile erat, innotuit, gentium Philosophi sub ænigmatibus ualde caliginosis absconden.do publicabant. Nam Plato Philosophus Dionysio talia de Trinitate scripsit: Φραστέον αὖ σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' αὖ τι ἡ πέλτη ἢ πόντου, ἢ γῆς ἐν πλυχαῖς πάθῃ, ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. ὧδε γὰρ ἔχει περὶ τὸν πάντων βασιλέα παντὶ ἐστί, καὶ ἐκεῖνα ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν. δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα: Quod Latinè sic sonat redditũ orationi. Dicendum tibi per ænigmata, ubi

Ad Dionisiũ Epistola. 2. Sic ego lege rem. Proferendum itaq; tibi per ænigmata quædã nunc est: ne, si per mare aut terram aufferæ

ta, ubi ne liber seu ponti, seu terræ in tabulis patiatur, qui legit non intelligat. Hoc enim modo habet: Circa omnium regem: omnia est, omniaq; propter illum, et ipse utiq; causa omnium bonorum: secundum, circa secunda: & tercium, circa tertia. Plotinus quoq; similia edidit. Tria sunt (inquit) tempus excedentia & æterna: Bonum, Mens, & Anima uniuersitatis. Hoc est apud nos: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus quem Philosophi animam mundi nuncupauerunt. Verum Timeus Locrensis Trinitatem ignorasse uidetur, Deum solitariũ quasi confitendo: Vnum (inquit) principium omnium est ingenitum: Nam si genitum esset, absq; initio non foret principium, sed illud ex quo prodiret. Filij uerò & Spiritus nihil hic meminit. Hoc quidem principium non solũ excelsus Deus, inuisibilis, & incorporeus, uerũ à Christianis Pater censetur, solus sine causa existens, & absq; initio. Ex hoc autẽ proximè atq; immediatè, Filius iuxta fœcundam genitoris uirtutem generatur: quo medio existente ex eodem Patre Spiritus prodit, ut ex sua causa in exhausta, & infinibili. Ergò ex causa est Filius, & ex causa est Spiritus sanctus. Quadere ad dicendorũ declarationem, subobscura, nebulosiq; uoluminis amans ex causis prouenientiũ, differentia, sub compendio

hæ tabellæ intercipi cõtingeret, lector id intelligat. Huiusmodi autem est: Circa Regẽ omnium, omnia est, ac propter ipsum omnia: & ipse causa bonorum uniuersorũ: circum secunda, secundũ: & tertiũ, circa tertia.

dio hic distinguenda est. Nam hæc quidem manent & profluunt, ut ex sole radius & lux: & odor ex musco & balsamo: hic uerò profluunt omnino & non manent, ut scintilla ex lapide cudendo: ac ex nubibus coruscatio. Alia uerò commanent & non separantur ab eo in quo sunt, ut auditus, odoratus, gustus, tactus: uisus etiã (ut Aristoteli placuit) quorum nullum cum suo principio numerum admittit, nec aliqua per se insignitur personali differentia, à sua causa existens indiscretum. Igitur quod profluendo nequaquàm suæ causæ commanet, incopulabile illi est, ut scintillæ ac coruscationis exemplũ demonstrat. Omnimodè quidè progressiones, prorsus secernunt à causis causatiua, & longius faciunt ea ab ipsis: profluentia uerò simul & commanentia, suas causas contingunt semper et arctius eis adhærent: quia de proximo suum conspicantur principium. Et hic quidem profluentium modus est, qui minus alienus uidetur esse à Filio Sanctoq; spiritu, Patre ob fœcundã quam habet uirtutem, quia multiplicante seipsum ex sua substãtia, Filij quidè personam per generationem, Spiritus uerò personam per processionem, indemutabiliter & inalterabiliter producẽte. Nam neq; Pater demutatur in illas, neq; minoratur: & meritò: cũ neq; Filius, neq; Spiritussanctus

rituſſanctus ex ipſo per aliquam deriuetur deciſionem: Qui omnium uiſibilium atq; inuiſibilium æqualiter, & indiuiſe una cauſa, ſicut unus Deus, exiſtunt. Vnum ſunt tres hæ perſonæ, non participatione unitatis. nam cum ante omnia ſecula unum ſint, nõ fiunt unum: quia exiſtens non fit quod iam exiſtit. Si diuinum factum fuiſſet, aut cum tempore, aut pro temporis initium incepiſſet fieri, et aliquid præſe habuiſſet: ſi neq; incœpit, neque præſe aliquid habuit, manifeſtum quod ſemper fuit, eritq; ſemper. Vnde non eſt aliquid Deo prius: qui uere unum eſt, ut dicitur, non unitum, non finitum, nec ab uno diuerſum. Infinitus autem cum ſit & æternus et ſimplex, nihil poteſt ei accedere, nec aliquid deperire quod eius eſſentiæ ſit, neque quod non eſt fieri. Atque Pater quidem Filij abſq; medio genitor eſt, æqualis genitori potentis, ac æqualem habentis uirtutem. Similiter enim Spiritum ex ſe ut Pater emittit, pro ut Latini aſſerunt. Namq; aiunt quod licet Pater, Filius, & Spirituſſanctus unum ſint, una unitas, una ſubſtantia, unum principium: Pater tamen paterna auctoritate: id eſt, ſecundum quod eſſe præſtat & gignit, Filij cauſa ſeu principium dicitur, ſancti uerò Spiritus, ſecundum quod eße præſtat, & ipſum emittit, cauſa uel principium nominatur.

æquam

natur. In quo, à Filio minimè Patrem arbitrantur differre: Atq; ita secundum illos ex Patre Filius, ex Patre autem & Filio prouenit Spiritus sanctus. Inquiũt enim, Si ab uno solo duorũ processionem Spiritus haberet, duorum non esset æqualiter commune & indifferenter, sed præcipuè illius, ex quo p-ueniret: at uero Spiritus est alterutrius æqualiter, & indifferenter: non enim minus Filij & magis Patris est, quare non ab uno solo duorum processionem habet Spiritus. Itẽ inquiunt: Omne quod prouenit ex aliquo, per quocumq; progreditur, tot copulatur, totq; accipit communitates, ut in Logicis apparet. Nam generalissimum genus sine principio esse dicitur, sine causa, & omnium quæ sub eo sunt causa, licet non solum existit atque principium. Quippè subalterna causæ specierum etiam existunt, cum proximi tamen sola substantia causa sit, principium'que animati uerò corporis non solum generalissimum, sed & subalternum, principium, causaq; existit. Quam conditionem quæcunq; similis existum ordinis, non refugiunt. Similiter autem & in naturalibus materia sine principio, et sine causa esse intelligitur. Forma quoq; cum alterutra causa sit, et principium rerum materiatarum. At uerò per Filium Spiritus sanctus de Patre proce

dit,

dit, ergo Spiritus sanctus Filio copulatur, aliquid ab ipso accipiens, dum per illum progreditur, atque prouenit. Hoc idem profectò quæ inter utrumq; similitudo est compellit fateri. Similis est enim Filio Spiritus, sicut quidem ex causa est suo immediato principio: cui ut immediate communicat, sic ab ipso absq; medio prouenit, & per ipsum Patri coniungitur. Quicquid sanè in progressu medium sortitur aliquid ad copulam et communitatẽ suæ, ut ita dicam, primitiuæ causæ, per medium referri desiderat. Ideo per Filium communitatem Spiritus ad Patrem referri nullus debet ambigere. Qua de re manifestum, quod nullo modo uerbum Dei Patris externũ sit ab huiuscemodi consortio. Manet quidem Spiritus in Patre, manet & in Filio: progreditur ex Patre, progreditur & ex Filio. Quod enim rorsus progreditur ab illo q manet, inseparabile nõ omninò existit, semel nactum diuisionẽ, sed ab ipso est omnino discretũ. Atqui expræssam personaliter communitatẽ cum Filio Spiritus habet, penesq; illũ ex ipso profluens commanet. Nimirum si solum maneat non progrediens, suo personaliter à principio nequaquàm distet, nec alia intelligatur persona: igitur manet simul & progreditur Spiritus ex Filio. Quæmadmodum utiq; omnimmoda discretio identitatem

titatem interimit, & communitatem: ita omnimmo da commansio atque unio tollit personarum d scretionem. Ex quo liquidò apparere uidetur, quod manens in Filio Spiritus, ut proprius eius existens, ex ipso sicut ex Patre progrediatur & procedat.

CAP. II.

SED hîc Græcorum Theologi omnibus modis interimere crassantur contradictione: quæ dicit: Spiritum ex solo Patre procedere. Atque in hac uniuersi opinione consentiunt, cum in ueritate negatio procedendi Spiritum ex Filio, sanctorum nulli Patrum perspicax extiterit. Quis igitur cognoscendi modus sit, quod non procedat ex Filio? Quomodo autem Theodoritus negationis huius inuentor & præco, promulgando quæ nusquam scripta sunt, idoneus appareat? Quomodo astruere quis hoc audeat, cum nullus sanctorum Patrum hoc asseruerit? cum nulli reuelatum fuerit? Veruntamen illi quos nouella ætas produxit, ut iustissimi rigoris seruantissimum, publicant in libris quod non procedat Spiritus ex Filio. Afferunt & ad huiusce positionis demonstrationem quàmplures Elenchos, sed apparentes.

Theodoretus

CAP.

CAP. III.

NAM Nicomediæ Præsul, in hunc modũ syllogismum nectit, & complicat: Si ex Patre & Filio procedit Spiritussanctus: quod autem ab aliquibus prouenit, illa habet principia ex quibus prouenit: duo itaque habet principia Spiritussanctus. Nicolaus autẽ Episcopus Methone, in eandẽ propè intelligentiam elenchum format huiusmodi: Si Spiritus ex Patre ac Filio procedit: erit utiq; unum ex duobus, & duo principia unius: Vnus est enim Spiritussanctus, ut Pater unus, & Filius unus: Pater autem & Filius non unus, sed duo, licet natura unum sint: alius enim & alius, quàmuis nõ aliud & aliud: at omnium rerum rationes in Deo sunt, primùm & ab ipso in res uniuersas distribuuntur. Quare omnis erit quæ in rebus perspicitur unitas ex dualitate: & dualitas principium unitatis: quod est inconueniens, & communi contrarium conceptioni: secundum quàm unum omnis & unitatem dualitati ac omni proponitur numero, quia unitas principium dualitatis est, & omnis numeri: & alij quam plures tamquam ex ueris & subito familiaribus idem colligunt, minimè probabiliter.

CAP.

CAP. IIII.

NON est enim ex ueris falsum syllogizare. Omne quippè quod ex ueris demonstratur uerum est: hic autem antecedens quidem uerũ, sed assumptum atq; illatum falsitatis plenum est. Conclusio enim ex syllogistica non prouenit necessitate, cum nõ consequatur propositiones quod ostenditur per eas. Nam quod in assumptione positũ est: dico autem, quod ab aliquibus prouenit &c: curtatum & infinitũ est: potest quippè referri ad decem prædicamenta, ut sit quod dicitur. Quod ab aliquibus substantijs, aut qualibus, seu quantis, similiter autem & de singulis aliorum: potest autem rursus subintelligi, quod ab aliquibus principijs seu causis prouenit, ipsa habet causas ac principia ex quibus prouenit. At uerò infinitatem huiusmodi Aristoteles in analyticis ad finitũ reducit, dicendo sic: Ex quibus quidem demonstratio, cõueniens est eadem esse. Quorum autem genus diuersum, quemadmodum Arithmeticæ Geometriæ, non est Arithmeticam demonstrationem coaptare in his quæ magnitudinibus accidunt, nisi magnitudines numeri sint. Nam eiusdem generis necesse extrema & media esse: ideo ex Geometrica non est ostendere quoniam contrariorum una disciplina. Quare manifestum,

Aristoteles

ſtum, inquit, quoniam non eſt demonſtrare unum quoq; ſimpliciter, ſed ex uniuscuiusq; principijs. Dico autem principia in unoquoq; genere ea, quæ quoniam ſunt non conuenit demonſtrare. Alexander uerò ſuper idem capitulum, dicit: non communiter amplius ſumit, ſed adijcit: ſi de numeris dicit numeros. Inquit enim, Si de æqualibus numeris æquales auferantur. Generis enim adiectione, quod commune eſt, proprium facit. Quod ſi de magnitudinibus magnitudines, & in alijs ſimiliter. Maxima enim propoſitio eſt quæ dicit: In demonſtrationibus, ex eodem genere neceſſe eſt omnes terminos eſſe. Non enim ex alio genere ad aliud eſt tranſire, quæ demonſtrantur. Quoniam igitur de diuinis eſt ſermo perſonis, maxima quæ inducitur: dico autẽ: Quod ab aliquibus prouenit illa habet principia ex quibus prouenit: ſenſum nullum alium niſi habet conſtituit: quod ab aliquibus perſonis prouenit diuinis, illa habet principia ex quibus prouenit: quod manifeſtè falſum eſt. Non enim ſimpliciter aliqua duo ſunt Pater & Filius, ex quibus Spiritus ſanctus prouenit. Nam neq; duæ res propriè ſunt, ſed una: neque duæ ſubſtantiæ, ſed una: neque duo principia, ſed unum: neque duo dij, uel Domini, ſeu ſancti, ſed unus Deus, unus dominus, unus Sanctus.

Vnde patet quod secundum quid duo dicuntur, Pater & Filius: ueluti duæ personæ, due Hypostases: igitur cum hæ duæ personæ nõ sint duo principia, neq; duo simpliciter, manifestum quicquid ab istis prouenit, ex duobus minime prodire principijs, posito et concesso Spiritumsanctum ex utroq; procedere. Atq; ideo impossibile est colligi duo principia esse Patrem cum Filio. Hoc item argumentũ exemplorum inductio utique arguat falsitatis, si hoc in negotio ad dissipandam inuolucrorum caliginem, ad enucleandam ueritatem, ad internitionem Paralogismorum, ad legentium remedium, refocillationemq; (tamquàm multicoloribus pictores uaricibus ad decorãndas, uenustandasq; picturas) similibus uti liceat. Et quidem necessitudine quadam similibus utendum esse uidetur, tum ut uelamina multiplici uarietate scindantur, fructusq; publicæ honestatis appareat: tum ne sermo ubertatis florentis campi amantissimus, impatiensq; identitatis, pigrescat. Ecce eadem substantia. semen, fructus, & esca dici potest: semen, respectu serendæ telluris: fructus, respectu præteritæ messis: Esca uerò ut incorporis permutanda substantiam. Sed nõ arbitror recte colligi posse: Si esca ex semine ac fructu prouenit, quod ex duobus ideo principijs progrediatur.

Nota hæc exempla & cauæ Sabellium

Quippe

Quippè non sunt duo semen & fructus, nisi ratione. Quæmadmodum ascensio & descensio: uia scilicet Thebis Athenas, & Athenis Thebas. Vnum est enim in his uiæ spacium: deorsum sursum, & sursum deorsum, at uerò diuersa ratio, equidem hinc incipienti ascensio, hinc uerò descensio est: sic quidem Pater et Filius unum ambo principiũ existunt Spiritussancti. Neq; ideo colligitur Patrem esse Filium, uel Filium Patrem, seu ambos duo principia. Quia neq; quoniam unum spacium est longitudinis ab Athenis Thebas, & à Thebis Athenas, ideo ascensio descensio est, uel è conuerso: uel utrumq;, ascensio scilicet & descensio, duæ uiæ sunt, uel duo itinera: sed una uia, itemq; unum, Sed forsitan ut dictum est, non est huic negotio præstandum à similibus præsidium. Namq; Theologus Gregorius in sermone de Spiritu, hoc prohibere uidetur: ait enim. Non est alicui eorum quæ deorsum sunt, naturam diuinã comparare. Nam & si parua similitudo inueniatur, fugit quod amplius est: me deorsum omittens, cum paradigmate, uenam aliquam & fontem & fluuium intellexi. Nam et alij ne huic fortè Pater, isti autem Filius, alij uerò Spiritus similiter habet. Hæc enim neq; tempore distant, neque ab inuicem dissecantur continuitate, et uidentur quodam

Gregorius Theologus

modo tribus proprietatibus secari. Sed formidaui primùm quidem fluxum aliquem Deitatis suscipere stationem non habentem. Secundò autem ne unum numero per similitudinem hanc introduceretur. Vena enim, fons, & fluuius unum numero differenter transfigurata. Rursus solem consideraui, radium, & lucem: sed & hic formido: primũ quidem, ne compositio aliqua subintelligatur illius, quæ compositionem non habet naturæ, ueluti solis & eorum quæ in sole. Secundum autem ne Patrem quidem substantiam, alia uerò uirtutes Dei faciamus inhærentes, non subsistentes. Neq; enim radius, neq; splendor, alius Sol: sed solis quædam emanationes & substantiales qualitates, et simul esse & non esse Deo tribuamus quantum exsimilitudine. In Trinitate igitur si similitudo seruetur, solus nuncupabitur Pater substantia, Filius autem & Spiritus qualitates, uel Patris proprietates. Et hæc quidem sic. At ille qui dualitatem Patrem dicit & Filium, eo quod ex ambobus proueniat Spiritus, et principium emissionis abnegat à Filio, solum Patrẽ principium Spiritus dici arbitratur. Vnum si Filius emittat Spiritum cum non sit principium emittendi, est inconueniens. Magis autem si in altero alterius principium intelligatur, & non in unoquoq; propria

propria cuiusq; emissio. Quod si pariter in Patre & Filio huiusmodi principium attendatur, rursus sequi dicit incõueniens, dualitates, scilicet, antecedere unitatem, & eius esse principium.

CAP. V.

VIDETVR quidem iste uir non attendere quod in Trinitate magnopere considerandum est: hoc, scilicet, quod unitas naturæ tantũ attribuitur, dualitas uerò personis duabus quibuslibet. Quare nõ est uerum si Spiritus procedit ex Filio & Patre, quod unitas procedat ex dualitate. Natura enim quæ unitas intellegitur, nullo asseritur modo ex aliquo procedere: sed neq; Spiritus acceptus personaliter censetur unitas aliquando, nisi abusiuè fortassis accipiatur. Item cum dicit rationes rerum in Deo esse, Deus nomen, ibi non personam Patris, uel Filij, sed substantiam & naturam, & ut simpliciter dicatur, Trinitatem significat. Dualitas uerò nomen, personas requirit tantũ. Sed enim principium hoc nomen, cum dicitur Pater et Filius sunt unum principium Spiritussancti, non unicam proprietatem significat. sed communẽ Patri et Filio, ut simplicem, non ut geminas: quod ex his quæ circa personas Patris ac Filij considerantur, uerum esse apparet.

Spiritus personam nõ esse unitatem.

Principalitatem proprietatem esse communẽ Patri et Filio.

apparet. Nam cum Pater sit, & dicatur ingenitum principiũ, Filius uerò genitum: ingenita quoq; causa Pater, ut genita Filius: Nullatenus tamẽ duæ causæ, uel duo principia reputantur ab aliquibus, sed unum. Si ergo ingenitum & genitũ unum uerè principium existunt, non sunt ipsi Spiritus differentia principia. Igitur ex his quæ dicta sunt manifestum esse potest, quod neque Pater ex eo quod Pater, unũ propriè dicitur uel unitas, neq; Filius, neq; Spiritus sanctus: sed unus, unus, unus, non tria, neque duo. Quare neq; Filius & Pater dualitas propriè dicitur: si quidem non sunt duo, ut ostensum est. Non enim si secundum quid Pater & Filius duo dicuntur, ideo simpliciter duo sunt. Sed neq; ex dualitate unitas est, cum dualitas ad personas utcumq; referri possit, unitas uerò sicut monstratum est ad naturam pertineat.

CAP. VI.

Simile

VERENDVM est ne de diuino disputantes, igni comparemur niuiq;: quorum alterum (ut Philosophus perhibet) urit nesciens quare: alterum uerò infrigidat, causam non animaduertens. Non est dubium perfectam solum Deum habere scientiam, eiq; competere soli quod dictũ est.

Non

Non oportere imperari sapientem, sed imperare, ut prima sciente ac nouissima: cuius scientia nō modo omnium cognitiua, sed bonorum effectiua est uniuersorum: hominum autem quorundam superficietenus cognitiua, perfectiua uerò nullorū: Quia contemplationis, non actionis est: quæ antequàm rei summam contingat, tabescit: antequàm explicet, deficit: & ante aborsum patitur quam pariat. Conducibilissima tamen Dei agnitio pabula doctrinæ, atq; studij affatim hominibus largitur, dum non acceptando personas faciat distributionem pro dignitate suscipientium. Extenditur profectò Dei bonitas & uirtus ad omne quod ipsam suscipere potest: extenditur inquàm per Filium, quem solus Pater generat. Ideoq; solius Patris est, & dicitur: per Spiritum quoq;, qui non solius Patris est, nec à Patre solo emittitur: quod ostendere nititur omnino. Nulla enim res incorporea, quæ ab aliquo non habente principium per medium uenit, expers est medij, uel mediorum habitudinis si plura medio uno sint. Nam omne quod sic progreditur, medijs ex singulis aliquid contrahit: & cum non habente initium: existit principium ex se prodeuntis: quod ex Logicis Methodis manifestum est. At uerò in sancta Trinitate, inter Patrem et Spiritum, medius existit

Filius. Quare idem Filius cum Patre principiũ Spiritusſancti exiſtit. Semper enim eundẽ ordinem habẽt tres diuinæ perſonæ, cum nullam habitudinem habent ad alia omnia, & impermixtæ ſint. Cum igitur omnis diuiſio à beata Trinitate abſit, in qua nulla deceßio, nulla inæqualitas, nulla imparitas, neceſſe quod per unicum medium, Filium ſcilicet, Patri Spiritus copuletur. Aliter enim non ſit ſecundum perſonalem progreſſum, trium perſonarum continuitas. Vbi autem abeſt continuitas, diuiſio intercedit: quæ ſi detur in Trinitate, Spiritus ſcilicet quod perſona eſt, à Filio prorſus ſeparetur. Si enim Spiritus ſoli uniatur Patri, alienus à Filio exiſtat, nec aliquo modo ad eius pertineat proprietatem: ueluti ad Aedem non attinet qui habitat in ea. Sed neceſſarium eſt continuitatis catenam ad Spiritum uſq; progredi. Nam ſi Spiritus Filij eſt, & Filius ipſum non emittat, inefficax ſecundum hoc Filius, & Patri diſſimiliter eundem Spiritum emittenti uideatur. Quinetiam & Spiritus imbecillis, ſi cũ ſit Filij & in Filio, ex ipſo progredi nõ ualeat. Prouenit ergo Spiritus ex Filio, neq; ſecundum proceſſionem ab ipſo, magis quam à Patre ſecedit, qui per utramq; exiſtit. Nam ambo ſunt exiſtendi cauſa ei abſq; defectu perſeueranti, & ſine diminutione.

Sufficit

Sufficit Patri & Filio Spiritus Patris, qui est Filij proprius, & omnia implet: nam si Phœbea lux soli & eius radio sufficit, multo amplius Patri Filioq; Spiritus. Propterea nõ quærit permutationem iste Spiritus, cum optimè se habet: neq; transuehi, cum omnia penes se inueniat: neq; augmentum flagitat, cum sit perfectio suprema, & omnia in ipso perfecta. Nihil quippè habet adiectum, sed æternaliter possidet omnia, ut Spiritus Patris & Filij emanans pariter ab utroq;. Quæ autem ab ipso effluũt, operationes uel gratiæ ipsius nuncupantur: quorum calore uiuificamur, & matureſcimus peracerbi. Viuificati uerò & maturati, dulceſcimus. Viuificat Deus Pater ut Apostolus dicit. Denuncio tibi in- Paulus
conſpectu Dei uiuificantis omnia. Vitam dat et Filius. Oues enim, inquit, meæ uocem meam audiunt, & ego uitam æternam do eis. Viuificat autem & Spiritus, ſicut ſcriptum eſt: Spiritus uiuificat, caro autem nihil prodeſt. Quem Filij eſſe dictus Apostolus teſtatur: Et pax CHRISTI quæ exſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda ueſtra. Pacem CHRISTI ſupra omnem ſenſum nõ aliud eſſe putandum eſt, niſi Spiritum ipſius: quem qui obtinuerit, uniuerſo bono omniq; copia oblectamentorum replebitur. Itaq; habet Filius Spiritum Patris, ſicut

& omnia quæ genitoris propria sunt, manens Filius. At uerò proprium est illius qui genuit, Spiritum emittere. Quare Verbū Dei, qui natura Filius est non positione, similiter generantis Spiritum emittit. Sin autem ita non est, nequàquam prorsus proprium habet illius qui genuit. Verum non arbitretur quispiam in hoc comprehendi generare Filij esse proprium, eo quod Filium dixerim Patris omnino proprium habere, quia individuum omne, licet speciei proprium suscipiat, non tamen aliquando erit species. Qui autem hoc dicunt, non honoratur Filium sicut honorant Patrem, condicentes Filium Patrem esse, si omnia quæ habet Pater et Filius habet. Patet enim quod Spiritum Filius in se, sicut & Pater habet: quia non prius ipsum Pater genuit, et tunc Spiritū ei dedit: quàmquam dator quilibet alius, existenti dudum alicui tribuat: Sed sicut dedit uitam, genuisse ipsum uiuentem est: sic dedit ei Spiritum, est genuisse ipsum Spiritum habentē. Quod si ita non est, prior genitus est Filius, et tempore post Spiritum accepit. Igitur sicut dicitur uita & uiuens, iudex & ueritas: sic Spiritus dator & emissor. Si enim uoluntatem Patris quoniam Filij esse constat, à se ipse Filius quia abnegat cum dicit: Nō quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem illius qui misit

misit me: de Spiritu uerò nihil tale inueniatur pronunciare: Nusquam enim scriptum reperitur quod ipse dixerit: Spiritus Patris non est meus, neque ex me procedit: Manifestum planè quod pariter eius ut patris Spiritus sit. Non esse dubium ergo debet quin Spiritus sit Filij, & ex ipso: neq; ideo colligi duo eius esse principia uel duas causas: quod nõ rectè Nicomediæ Metropolita syllogizat. Inquit enim. Si Pater causa est Spiritui emissionis, causa autem est et Filius, eo quod ab ipso procedat quæmadmodum & à Patre, duæ rursus causæ sunt, sicut & duo principia. Huius paralogismi falsam esse conclusionem, & hinc forsitan manifestum erit. Omni ex elementis conditæ rei, aliqua causa est: Pater ut sit, cuius eiusdem Filius, eo quod p ipsum facta sint omnia, negari causa non potest. Igitur duæ causæ atq; duo principia omnis huiusmodi conditionis existunt: Quod ut non proueniat, superius monstratum est, ubi enunciabatur Patrem Filiumq; secundum quid duo dici, & non simpliciter: propterea unus operator Pater et Filius existit. Audimus enim Saluatorem per Ioannem dicentem. Pater meus usque modo operatur, & ego operor: non duo operatores sed unus, ut unus Deus & unus creator. Omnia per Filium facta sunt, absque Patre? absit.

Scriptum

Scriptum est enim, quoniã in principio fecit Deus cœlum & terram. Et rursum: Quoniam ipse dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt: præceptum posuit & non præteribit: quod maximum est potestatis. Quemadmodũ enim cuilibet dicere promptum, & præcipere facile est, sic Deo facere quæ non erant, et facta conseruare: magis autem & multo amplius expeditum erat. Huius operatoris est mare, & ipse fecit illud. De Filio quoque idem scribitur: In initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Non dixit per te facti sunt cœli, & fundata est terra: sed tu fecisti terram, & opus tuum est cœlum. Ecce manifestũ est quod Pater condit & Filius, non duo conditores, nõ duo principia, non duæ, sed una causa consistunt. Cum igitur creaturarum non sint duo principia Pater et Filius, neque duæ causæ, multo minus Sanctispiritus sola ratione ab eis differentis, & æqualiter utriusq; existentis, duæ causæ seu principia duo censebuntur. Attendendum uerò est, quod causa et principium, genitũ, & procedens, et similia, nõ sint naturæ seu substantiæ, sed personarum piè ac diligentes explorationes, & sacerrima quædam notamina. Quod ex animalium prima conditione patet melius: Etenim prima animantium facta sunt & creata, man-

ta, mandato, non generatione. Ea non ex similibus prodiêre, cum nulla prius existerent. Ideoq; ingenita quidem illa tamen, sicut quæ ab eis decisa sunt, genita solũ merita nuncupari possunt. Qua de causa ingenitum genitumq; naturæ non sunt animalis germina, cum omnibus similiter non adsint, ut substãtialia nascentibus animalibus: & cum nunquam circa idem animal utrumq; repertum fiunt, genitũ scilicet, & ingenitum, Igitur cum omnis similis & dißimiliter creaturæ una causa & unum principium, Pater, Filius, & Spiritus sanctus existant, multò magis iuxta suum ordinem proprium, Pater & Filius ut sine medio existentes, proprij & unici eorundẽ Spiritus una causa, siue unum principium, absq; dubitatione consistunt. Porrò solus Pater Filij causa est: qui si à Patre in emittendo Spiritum absistat, in habendo eundem Spiritum non sit ei compar per indifferentem habitudinem. At uerò æqualiter atq; indifferenter ab utroq; Spiritus habetur, igitur æqualiter atque indifferenter ab utroq; idem Spiritus emittitur. Alioquin nõ tam similiter sit Pater secundum imaginem, quantum aliter habens si aliter alienus ab eo est, scilicet Spiritus emißionem, quod est inconueniens. Similia enim per similitudinem copulantur, non per dißimilitudinem. Nam ut dißimi

litudo

Similitudo substantialis

litudo segregat omnia & distare facit, ita similitudo tam substantialis quam non substantialis coniungit & copulat. Qua de re Spiritus Filio coniungitur: quia simile ei est, ut imago eius: quæ imago communitatem, copulam & similitudinem indicat. Cæterum, ex consonantia quam habet ad Filium Spiritus, & ex similitudine, sortitus est hoc idem nomen quod Paracletus nuncupatur. Rogabo, inquit, Patrem & alium Paracletum dabit uobis. Nam Pater non dicitur Paracletus sed Spiritus & Filius: quibus saltem hoc nomen nec equiuocè commune esse uidetur. Quam communitatem non ignorans Theologus, Ioannes in prima Epistola scripsit: Si quis peccauerit, Paracletum habemus apud Patrē IESVM CHRISTVM. Sed enim eodem modo Spiritum habemus Paracletum, pro nobis Patrem interpellantem, sicut facit Filius, licet hæc humano more ac dispensatius dicta uiderentur. Nihil enim appositum habent uel adiectum, cū in eo quod Deus sunt, rationes omnium rerum æternaliter habeant. Ergo similis est Filio Spiritus, & Patri Filius: at non sicut quibusdam Hæreticis uisum est. Quidam enim, peruersi dogmatis arbitrabātur similes esse Patrem & Filium secundū speciem, dissimiles uerò secundū substantiam: propterea compo

Similitudinē & non putes similitudinē

Ioannes Theologus.

situm

situm ex oppositis, simili, scilicet, & dissimili, Filiũ Dei constituerunt. Quibus nõ solum iniquitatis cohabitat clades, uerum detestabilia inconuenientia eos consequuntur. Nam si ex simili atque dissimili componeretur, non esset simplex, neq; totus lumẽ, totus ueritas, & totus natura Deus: & aliquid intelligeretur ipso prius & antiquius. Quippè simplicium conuentus composita perficiunt, quæ ipsis constitutis priora sunt, antiquioraq; natura: Filius uerò ex substantia Patris est, ex simplici simplex, ex simili similiter, & ex æquali æqualiter. uerum in Patre Filius est, & nihil in Patre ipso prius, neq; absq; ipso. Quare ipsa Spiritus emissio non absq; Filio est.

CAP. VII.

SED Niceta Bizantius Philosophus per inconuenientium inductionem probare decertat, q̃ non procedat Spiritus ex Filio, & aliquid esse in Patre & ex Patre sine Filio. Ratum enim tenet Spiritum ex Patre procedere, nullo modo uerbo communicante. Sicut quidam (inquit) fatentur, Spiritus ex Patre & Filio procedit, cum manifestum uerissimè sit nobis ex Theologicis informationibus, quoniam Spiritus ex Patre procedens, per Filium datur, &

tur, & in Filio quiescit, simul autem & Patri copulatur: procedit autem secundum illos & ex Filio necesse utiq; est dari Filium, Filij in manifestatione ac distributione Spiritus ex ipso. Sin autem ita est, erit Filij Filius, & ideo nepos pronuntiabitur. Et rursus scilicet illorum nugas de nepote erit apparens pronepos, & ille rursus alterius egebit: & hoc in infinitum. Non igitur secundum illorum uanitatem Spiritus procedit ex Filio, sicut ex Patre. Ex quo liquido apparet quod ex Patre, ac solo, Spiritus est, sicut per uniuersum Ecclesia orbem, longè usq; in hodiernum rectè docet. Sed & hoc quia non rectè dicitur, de facili uideri potest.

CAP. VIII.

PRIMVM quidem, quia insyllogizatū est: etenim propositio quæ dicit: Quod emittit Spiritum, Filium habet: Maior, uniuersaliter deberet esse, ea particularis accipitur. Nam illatæ conclusionis causa propositio, quæ rectè debet syllogismum talem perficere, hæc est: Omne quod emittit Spiritum, Filium habet: quæ indemonstrabilis est, & impossibiliter: quia neq; maxima est, neq; fidem ab aliqua maxima suscipere. Emissio Spiritus non facit Patrem esse neq; Filium: quoniam non est nascibilitas

cibilitas Spiritus progressio ex Patre, qua sola Filius à Patre differt. Nam in emissione Spiritus atq; omnibus alijs uidetur Pater Filio communicare, simulq; cum eo de sua substantia Spiritum emittere. Substantia uerò ipsa neq; emittit, neq; generat, neq; generatur. Quæ enim secundum naturam substantiæ adsunt diuinæ, omnem personam consequũtur. Itaq; si substantia generatiua esset, & Filius & Spiritus utiq; generarent: quorum nihil uerita ti propinquat. Ex quo manifestum quod Pater nõ in eo quod substantia, sed in eo quod Pater, & secũdum huius habitudinem ex sua substantia Filium generat. Si non ex substantia sua generaret, secundum naturam minimè Pater nuncuparetur, actum in generando ex substantia nullam facit distãtiam. Non enim corpus & substantia illa, sed ceu lux non assumit extrinsecus splendorẽ, ex sua substantia ipsum effundens: ita neq; Pater habet Filium extrinsecus, sed ex sua ipsum substantia gignit, indiuisus perseuerans: atque propterea uerè Pater est, ex quo paternitas omnis nominatur. Ergo non sine substantia credendæ sunt personæ, nec cogitandæ quo modo unico charactere, absq; substantia qualibet personarũ intelligatur, cum per insignit uas proprietates singulare perso

Essentiã Dei non esse Patrem uel Filiũ uel spiritum sanctum quia nec generat, nec generatur, nec emittitur.

narũ caracter circa unam substantiam & eandem attendatur, hic minimè apta nata facere substãtia est. atqui emissio Spiritus nõ est insignitiua proprietas, nec unicus caracter. Quod unum esse manifestum ex hoc est, quod Spiritum emittere non est unica personæ Patris figura, cum non in eo quod Pater Spiritum emittat, sed in eo, quod causa siue principium. Quod uideri potest iuxta hunc modum: Si Spiritus non ut genitum ex Patre progreditur, Pater non emittit Spiritum ut genitor: nam si in eo qui genitor Spiritum Pater emitteret, Spiritus ex Patre ut genitum prodiret, at uerò non est Spiritus ex Patre ut genitum: non enim duos Filios, sed unum solum Pater habere creditur: Manifestum ergo quod non ut genitor Spiritum Pater emittit. Amplius, Pater cum Spiritus emissor sit, aut in eo quo differt à Filio ipsum emittit, aut secundum id quod non differt: At in eo quo differt nõ emittit: nam in eo quod Pater non emittit Spiritum, in quo solo à Filio differt. Ecce similiter Ioannis Euangelium, Chrysostomus etiam confirmare uidetur quod dictũ est, ubi saluator dicit, Pater meus non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio, ut omnis honorificent Filium, sicut honorificant Patrẽ: ergo, inquit, Patrem ipsum dicemus

Non in eo q̃ Pater, sed in eo quod causa & principium, Spiritum emittit.

Chrysostomus.

mus? absit, propterea enim dixit Filium, ut manen
tem Filium honoremus sicut Patrem, sed qui Pa
trem illum dicit, nequaquam Filium ut Patrẽ ho
norauit, sed totum confudit: & post pauca. Quæ
cunq; est Pater, hoc est Filius genitus & manens
ineße Filij: secundum huius Sancti uiri intelligen
tiam dico. Pater est emittens Spiritum, ergo & Fi
lius: quod quicunq; à Filio remouet, non eum si
cut Patrem honorat. Ex quo aperte datur intelli
gi, quod non in eo quo differt Pater à Filio emittit
Pater Spiritum, sed in eo quo communicat. Verũ
cõsiderandũ in hoc loco est, quod licet Pater à Fi
lio differat, et à Spiritu et è cõuerso, paucas tamẽ
admodum inter se habent differentias, eo quod su
perlatio communicatis secundum naturam pluri
ma existit. Propterea ut extimo non potest colligi
Patrem & Filium & Spiritum sanctum tres Deos
eße, quia qui circa naturam considerantur, quàm
plurima intelligũtur, paucißima uerò quæ circa
proprietates, atq; in rebus creatis, maximè in ani
malibus, contrarium uidere est. Nam animalia mo
tu, appetitu, actibus, uolũtatibus, tempore, loco &
alijs pluribus differunt. Ex quo huiusmodi argu
mentatio non reprobatur. Socrates est homo, Pe
trus est homo. Et Ioannes: sed neq; Ioannes est, Pe

Ineße

Circa naturã & circa proprietates.

Paternitas proprietas est non natuua ita & filiatio & processio.

trus, neq; Petrus est Socrates, tres igitur homines sunt. In diuinis autem personis tres proprietates immobiles sunt paternitas, filiatio, processio secũ dũ quas solas tres personæ, Pater scilicet & Filius & Spiritussanctus insignuntur. Quæ non modo in his, modo in alijs, nec in pluribus, aliquando in paucioribus, sed in eisdem semper personis inspici untur. Hæ personæ neq; argumentum suscipiunt ut sint quattuor, neq; diminutionem ut in dualitatem redigantur, cum unus Deus pariter existant absq; permutatione. Si enim una specie plures homines unum, multo conuenientius tres personæ unus Deus pura fide ac religione immaculata pronunciatur: de quibus non est quærendum quomodo sint tres cum prorsus & omnino sint inseparabiles, languidi enim circa fidem homines leduntur in huiusmodi ut dicit Apostolus. Quoniam animæ ægritudo, malignè ac ociosè quærere de Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deũ, ea quæ à Sanctis enunciata sunt, & manifestata: & nõ rationibus inuestigare quia non sunt. Ecce ut credere ab omnibus fidelibus quod unicũ habeat Deus Pater Filiũ, ita omnis Latinorũ sinceritas deuotioq; credit, quod Patris & Filij æternaliter, inseparabiliter & similiter Spiritusãctus sit proprius, & ex utro

utroq; procedat, ast ex aduerso Nicomediæ Antistes inclamãs ad impoßibile quasi ducit orationẽ, Inquit enim, Si Pater emittit Spiritum, emittit autem & Filius qui ex Patre genitus est: proprium est Patris hoc, quasi ex cauſsa collatum: proprium utiq; & Filij continget: Filium hinc pro uno duo habere propria, ad inuicem contraria: paßionem & actionem scilicet, generari & emittere. Nam etsi Pater dicitur gignere Filiũ, et mittere Spiritũ, non tamen est proprietatũ hæc diuersitas: differẽtia enim magis aliquo modi habẽdi ea quæ ex ipso.

CAP. IX

IGNORANTIA certè Elenchi, hoc est, cũ non ex his quæ data sunt ex syllogistica necesitate, λανθανούσης: id est, Argumentatio cõficiatur. Nam Spiritum emittere non proprium solius Patris, qui ex pluribus ratiotinationibus directis & impoßibilibus demonstrari potest. Et utiq; si detur proprium eße Filij, nõ tamen pro uno Filium duo propria habere ad inuicem contraria, paßionem et actionem sequitur. Nequaquã enim Dei Filius dũ generatur uel nascitur, patitur aliquid: cũ pati sit in paßionẽ adigi, quod in tempore omnino eße habet. Deus autem in paßionẽ non adigitur,

neq; de Patre in tẽpore naſcitur, ſeu gignitur. Nã ante omnia ſecula temporaq; Filium Pater genuit: deniq; ſi creatis in rebus, nõ omnis actio paſſi onẽ infert: ueluti actiones quæ abſolute cẽſentur: ut legere ſicut quidam dicunt, accurrere, ſpirare, et huiuſmodi: multo minus in Deo ex actione qualibet paßio emergit. Diuinum quippe, cum ſimpliciter bonum ſit, alterari non poteſt. Et autẽ quod alterari non poteſt, ſi quid aliud adiectum intelligatur, appoſiti conuentu interimitur. Impaßibile eſt, quod Diuinum eſt. Vnum minimè patitur Dei Filius in eo, quod de Patre naſcere: præterea iã oſtenſum diuerſas eſſe proprietates, generare ac Spiritum emittere. Nam hoc quidem eſt perſonæ inſignitiuum, hoc uero minimè: Quod ſi Patre ſimplici & indiuiduo exiſtente, ſimiliter habet ſe ei, quod generare illud, quod emittere dicitur: ſimiliter ſe habebit hoc, quod dicitur præſcire ei, quod eſt facere: ut neq; circa hoc Diuinum intelligatur compoſitum. Sin autem ita eſt, erit faciens, qui præſcit mala, ſed non ſicut præſcit Diuinum: ita omnino & facit. Non igitur idem eſt generare ei, qui cenſetur emittere: ſicut non idem eſt generare & communicare. Solus enim Pater generat, ſed non ſolus creat, nec tamen priuationem hoc in

Non ideo Deum eſſe non ſimplicẽ, quia multas habet proprietates.

Deo

Deo simplicitatis conducunt. Amplius. Si idem est generare, & emittere, emittens erit generans, remissum erit genitum. Atqui nihil est inter Patrem & Filium. Immò semper Pater, semper Filius Spiritum emittit: nequaquam in emittendo diffusum, nequaquam in aëra dissolutum, nec indigentia compulsum aliqua. Virtus enim sanctificatiua est per se subsistens, nec uirtutis, nec uitij, nec uicissitudinis, nec alterationis susceptibilis: qui dum à Patre & Filio mittitur & procedit, missus & procedens non ex loco ad locum facit transitum: Quomodo repleuit orbem terrarum, cœlum, terram, & mare, et quæ in eis sunt rationalia: undiq; in eis Spiritus persistit, et, ea continet: Domini scilicet Filij existēs, et ab eodē ut à Patre missus, et emissus: quod ineuitabili ut æstimo necessitudine, quæ supponitur, sistit argumentatio.

CAP. X.

OMNE quod à Filio mittitur seu donatur, si non est ex substantia mittentis, seu donātis se uerbi, aut opus eius est, aut possessio, aut factura, aut aliud quippiam ab illo separabile: Nam Filius aut nullo modo mittit Spiritum, aut forinsecus mittit, aut deintus ex sua substantia. Neganti

mittere Saluator contradicit euidenter: Enuntia re uerò, ab exterioribus mittere, qui potest aliquis cum Filij profunda Spiritus perscrutetur? Magis autem cum omne qui forinsecus ipse mittit uel per ducit, eodem posterius, sit & secundum primam originem ex nihilo: utpote militia cœlestis exercitus, cœlum, stellæ, atq; mũdus, cum sua primordiali materia. Si ergo extrinsecus mittit Filius Spiritum, aut est quippiam eorum quæ dicta sunt, aut aliud aliquid ab illo separabile. Relinquitur ergo quod deintus ex sua substantia mittat Spiritum Filius: Quod si deintus mittit, & non ex sua substãtia, sedem participationem aduenientem scilicet, & adiectum habet ipsum, cum odor aliaq; plura substantijs ex quibus prodeunt insint, secundum participationem. Verum nequaquam Filius, secundũ quòd ex Deo est, mittitur à Spiritu. Eadẽ quippe res alij potest esse causa, & alij causatiuum: eidem uerò nihil potest causa & causatiuum esse: Pater quidem Filij & Spiritus causa existit, at Filius nequaquam Spirius causa negari debet: quod eius sit substantialiter, eundemq; nihil adueniens, nihil adiectum, nihil secundum participationem habens mittat secundum naturam. Simpliciter nãque, ut habet ipsum Pater & mittit, ita & Filius:

Causa et causatiuum

Quam-

Quamobrem ex alterutrius substantia existens, ab utroq; pariter mittitur & peruenit: cum nihil aliud sit Spiritum ex aliquo existentiam habere, quàm, ex ipso ex quo esse habet, procedere. Amplius: Si persona Sanctispiritus, à Filio inseparabiliter mittitur & donatur, ex eodem Filio inseparabiter Spiritum esse oportet: Nam si non est ex Filio inseparabiliter, uerò alio modo, cum ab ipso mittatur et donetur, separabiliter est ab eo. At qui sine decisione atq; inseparabiliter mittitur & donatur, alter ab altero: Quare aliquo modo est alter ex altero. Amplius: Si quædam separabiliter missa, ex causis ex quibus mittuntur perfluunt, multo amplius qui inseparabiliter ab aliquo mittitur, ex mittente esse iudicandum est. Quomodo autem utroq; modo, ex causa deductio fit manifestum: Nam truncus à radice: à cerebro dētes: cornua & ungues à carne, & à substantia cordis uenæ separabiliter perducuntur. Radius uerò à sole: ac splendor ab igne mittūtur inseparabiliter: quæ omnia ex se mittentibus proueniunt. Qua de re Spiritussanctus, qui à Filio mittitur inseparabiliter & donatur, ex ipso profluit & habet existentiam. Sed Methone præsul his non consentit, hoc modo dum Syllogismum connectit: Si unus est Spi

ritus & perfectus, quia Deus, unus autem Deus, et perfectus quoniam bonus: Nam quod perfectum nõ est, immò quod huiusmodi bonum non est, ex una utiq; sit & perfecta principali causa, quæ est Pater, unumquidque. Si autem non ex uno, & hoc solo, sed & ex Filio: non idem ergo unum. Quomodo enim est, quod nõ ex uno neq; principali, causa una? duo enim sunt Pater atq; Filius, & neuter eorum perfectus: in quantum sui adinuicem egent ad productionem: Nõ est igitur ipse Spiritus perfectus. Quomodo enim, cum sit ex imperfectis? nihil ex imperfectis perfectum: quin & Diarchia Monarchiam ab una exterminat Deitate.

Perfectum

CAP. XI

AC uerò iuxta rationem hanc, neque Pater perfectus est, cum non sit ex uno: ex nullo enim Pater est. Similiter enim cœlum astraq; minime perfecta sunt: Non enim ab una sunt sola persona sortita esse, cum tres æqualiter personæ, ipsis fundamentum essentiæ præstiterint: licet à quibusdam principalis Pater causa censeatur: Filius uerò conditiua, Spiritus uerò Sanctus consummatiua. Quam utiq; habent rationem, si Spiritus non ex Patre solo, sed ex Filio, non idem ergo unum.

Quæren-

Quærendum est quomodo dicatur unum? Nam unum multipliciter dicitur apud Diuinam scripturam, similiter & apud Philosophos: ueluti genere, specie, numero: Sed quod genere unū est, specie, uerò plura consistit: specie autem unum, numero plura sunt: Nam una species de pluribus numero prædicatur. Vnum quoq; numero multipliciter uidetur, aut enim ut continuum, ut unum dixerim corpus totius continuitate. Quod quidem plura est in partibus: unum toto, aut quod natura diuidi non potest: ut punctum, & unitas: aut quæ rationem habent eandem nominibus differentia, ut tunica & uestis: punctum uerò & unitas, quāquam diuidi non possint, alteruter tamen principium nominatur & finis, prius dicitur & posterius. Et quidem in Diuina scriptura unum de multitudine accipi consueuit, & unum de eo quod natura unum est. atq; numero: Et de multitudine quidem cum dicitur: Erat uniuersa terra labij unius, & linguæ unius: cui simile in Actibus Lucas protulit: Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una: de uno numero similiter cum dicit: Vnus est magister uester CHRISTVS: unum autem rursus habet Diuina scriptura: quod substantia est unum & natura, proprietatibus, uerò minimè:

Vnum multū pluraliter dici

nimè: sicut tres Diuinæ personæ, quæ propriè proprietates tres nuncupantur: sed neq; natura, neq; substantia tres sunt. Vnuum quippè simplex indiuisibile, ac unicum quod Diuinum est. Sancti enim asserunt, ad intellectu solo ex proprietatibus differentiam personarũ confitemur. Non enim ut res numerabiles, tres prosonas credimus: ut unum unum, & unum: sed solam differentiam proprietatum: neq; tres diuersæ res esse creduntur: etsi actu personæ tres existant. secundum tres proprietates, quæ rerum non introducunt sectionem aut diuisionem, sed proprium à communi distingunt: Nam persona quod singulare est, & per se manifestat concursumq; insignitarum proprietatum, secundũ rationem ex proprietatibus cõsideratã, ut indiuiduum à communi secernit, & indicat. Qua de causa, personæ à maioribus talis assignatur descriptio: aiunt ergo personam esse substantiam, è proprietatibus ab eisdem naturæ rebus numero differentem: cuius descriptionis integer consumatusq; hoc esse sensus uidetur: Persona est substantia rationalis, quæ per suas proprietates singularis potest intelligi: ut Pater per generationem: Filius per natiuitatem: Sanctus uerò Spiritus per processionem: per horum similia, quæ singulis per

Vnum simplicitate solitudine singularitate.

Quid persona sit

sonis

sonis connecti poßunt singulariter: substantia uerò earum & natura simplex est & uniformis. Vnum sunt natura, & eisdem substantiæ, tres personæ utputa simplices. Composita enim non unum natura dicitur, etsi unum numero existant, Etenim mundus est compositus sic ex differentibus naturis, non unus uidetur natura, sed unus numero: Qua de re proprie personas & solas plurali utitur in Deo numero scriptura: ueluti, Faciamus hominẽ: &, Venite descendentes linguas confundamus. Non unum modum & incomplicabilem tantum, sed unicam naturam, personarũq; significando differentiam. Nam Diuinum natura unum. sed non personis. Quomodo ergo in supradicta cõclusione, quæ dicit: Si non est ex uno solo Patre Spiritus, sed ex Filio: non ergo idem unum accipere unum: Si dicit Spiritum non esse idem unum Patri & Filio, manifestum est inconueniens: quia idem unum sunt per substantiam & per naturã. Quod si dicere intendit, non esse unam personam eundẽ Spiritum: eo quod ex duabus prodeat personis, et hoc à ueritate omnino remotum est. Nam ex duobus luminibus tertium prouenit, duobus nequaquam imminutis: rursus ex substantia & uirtute a Filio progreditur: Ex uena & fonte fluuium emanat:

nat: Ex Patre & Filio Spiritus mittitur: & ex Patre & Filio Sancto; Spiritu mundus creatus est: omnibus itaq; patet minoris falsam esse dictã consequentiam ac conclusionem: hanc scilicet Diarchia, Monarchiam exterminat à Deitate. Nam ex superioribus liquido apparet, quod neque duo principia, neq; duæ nuncupantur causæ, Pater & Filius: sed neq; Pater licet sine principio sit, Monarchus appellatur. Monarchia enim naturæ, nõ personæ est: Manifestum ergo huiusce inconueniens dicentem Spiritum non ex Patre solo, sed ex Filio procedere: nequaquam consequi

CAP. XII.

ATTAMEN Nicetas ex aduerso instat dicens: Si omnibus quidem qui diuina dogmata bene meditantur in ambiguum & indubitabile constat, quoniam omne quod in Zoarchica et omni conditrice Trinitate simili modo conspicitur, aut communicatur de tribus prædicatur, aut singulariter de una persona dicitur: Emissio autẽ simili modo, secundum eãdem processionem in Zoarchica Trinitate dicta non est communis, unius utiq; omnino erit. Si autem hoc ita est, utrũ Patris fatebuntur solius, an & Filij? Quorum si Patris?

ecce quanquam nolint, domesticam suam opinionem inficiabuntur: Si uerò Filij? Heu quanta impietas: hanc enim Patri auferunt, & Filio attribuunt: Quibus concedere necesse erit, alia propria inuicem permutari, & succedere. Immòq; omnimoda confusio, atq; inordinatio erit in Deitate: quæ alia inordinem redigit, & neq; hoc solũ, sed fugit esse quod est Sancta Trinitas, sibi uicissim cedentibus succedentibusq; proprietatibus: quæ omnis impietatis plena sunt: Ergo Spiritus non ex Filio procedit, quemadmodum ex Patre ut quidam fatentur. Hæc quidem necessaria forsitan fuisset argumentatio, si quæ inducta sunt ab aduersarijs, concessa positaq; constitissent: at neque ab aduersarijs concessa sunt hæc, uel posita: neq; manifesta per se, ut ex his liquet quæ supponuntur. Palam enim est, quod quæcunq; naturæ propria sunt, ea esse communia eiusdem substantiæ personis: ut æternum, immortale, incommutabiliter per se: Nam qui participatione incõuertibilia existunt, ut angeli Sancti, terminum finemq; habent. Sed magnitudinis Dei finis nõ est. Quo enim ibo à Spiritu tuo? Vbiq; Diuinum est, & in omnibus & per omnia tres personæ consistunt, quæ adinuicem consubstantiales sunt: ut eãdem

Naturæ propria communia esse tribus personis.

dem suscipientes substantiæ rationem. Verum Filius ex Patre, ac ex Patre Filioq; Spiritusß. actus est nec ideo succedũt proprietates, è quibus Pater Filiusq; insigniuntur: neq; in uano est Filiatio seu paternitas, ut nudum nomen circa nudum substantiũ intellecta, neq; consequens. Quod Græci Latinis insultando asserunt dicentes: Si Spiritus procedit ex Filio, excidit Pater à sua proprietate: certum est non esse sibi substantiam consubstantialem, personæ uerò si consubstantiales sunt: & nullatenus proprietates suas alternare quæunt. Quomodo enim quod singulare est, habere ualeat alterius proprietatẽ? Quo fit ut Character, id est, proprietas insignitiua personæ, ac quælibet proprietas singularis immobiliter adhæreat circa Diuinam quamlibet personam considerata. At uerò non est unius tantum personæ, aut trium quæuis proprietas, ut sequentia indicabũt. Insecabilis quidẽ est Diuina substantia, sed tamen pleniſsimè eam personarũ unã quaq; habet sine diminutione. Quod igitur erit inconueniens personis prorsus inseparabiliter commanentibus, proprietatum aliquam Filij Patris ue communem esse? Nõ omnis proprietas personam describit, id est, sicut ea equaliter ei, quæ se gregare naturam, putatur à reliquis, sicut quædã pro-

Naturam nõ esse personã.

Proprietates alias esse personas singularum personarum singulas, alias esse communes.

proprietates in his quidem quæ diuersarum substantiarum sunt segregant naturam. In consubstantialibus: id est, in his quæ sunt eiusdē naturæ uerò, personam insignire uidentur, ut in homine et equo: risibile atq; hinnibile: quæ cum differentiis naturarum sint proprietates, intra eandem speciem non substantiam secat alterutra, sed personarum separationis indicium, adiecto numero, tantum præstat: Dextrum autem & sinistrum & huiusmodi nec secant substantiam, nec personas definiunt. Similiter his Diuinæ personæ quasdam habent proprietates, quæ neutrum efficiunt. Quasdam uerò quæ alteram: quæ solum tres sunt: Paternitas, Filiatio, atq; Processio. Nã proprietas, quæ caussa nuncupatur, siue principium alicuius personæ, minimè insignitiua est: sicut & quædam aliæ, ut ingenitum sine caussa esse, sine principio esse, emittere, sine Patre esse, nõ esse Spiritumsanctum, non esse processibile, habere Spiritumsanctum, mittere Spiritumsanctum. Quare pleras q; Filio Pater communicat, similiter quasdam habent proprietates & Filius, quæ insignitiuæ non sunt. Quare quasdam Spiritui communicat, ut causßatiuum, non esse Anarchum, non esse Patrẽ, & alia his similia. Iuxta eundem modum & Spi-

Principium proprietatem esse & causßã & ingenitum & sine causßã esse

ritus aliquas habet, quas Pater communicat. uelut non esse Filium, non esse genitum, differre à Filio, & alia huiusmodi quæ non sunt Hypostatice proprietates siue personales. Hæc omnes circa substantiam considerantur, & singularē non sunt sortitæ personam: ergo sunt proprietates, quæ neque quaquam personarum insignitiuæ sunt: una certe in Diuina Trinitate proprietas, unam personam indeficienter indiminate ac indemutabiliter insignit: ut Paternitas Patrem: & Filiatio Filium. Quippè circumscriptis omnibus alijs, quæcumq; conueniunt Patri, ut ingenitum esse, principium esse, Spiritum emittere, relicto eo uerò, solo: Patrem eße, semper Filius ad ipsum dicetur: & è cōuerso Pater ad Filium. Nam Filius Filius Patris dicitur, & Pater Pater Filij: nequaquam Filius ad ingenitum dicetur. Nam cum non sit Pater, non est Filius: Quod si una proprietas, unam hypostasim indeficienter, & absq; omni diminutione insignit (habet autem plures proprietates qualibet de tribus) erūt proprietates, quæ minimè personas insigniant. Quamobrem non idem est habere proprietates, & ab eisdem insigniri: plures enim quodlibet animalium proprietates habet, à nulla quarū insignitur. Patet igitur, ut arbitror, nullum

Personales proprietates dicit græce Hypostaticasq; singularū Hypostaseum, id est, personarū sunt insigniti uę, alie autem sunt proprietates non singularum insignitiuę, sed duarum personarū uel Patris & Filij, uel Filij & Patris et Spiritus communes, & has dicit circa substantiā cōsiderari non proprias singularum.

nullum inconueniens sequi, si Pater, & quæ cum eo duæ personæ unt, huiusmodi possidem propri etates: cũ differens habitudo, cõpositionẽ non ad ducat: sicut in pũctis in unitatibusq; liquidò appa ret. Nam cibus ex ordine positis unitatibus, me dia prioris respectu secunda uidetur, tertiæ uero prima: & eadem prima, & secunda cum sit, non suscipit compositionem. Nõ enim est possibile pas sionẽ unitatibus, cũ sint induisibiles, ineſſe: quæ neq; minores, neq; maiores inter se fiunt, neq; ex crescunt, neq; contrarium patiuntur: quæ fortè ad primam relata, dextra intelligi, ad secundam uerò sinistra: & eadem dextra & sinistra existente, non deperit propria ideo simplicitas: sed neque Diuina Natura composita dicetur, eo quod habet uirtutẽ et actionem personisq; in tri bus existat. Per omnem utiq; modum Diuina sim plex Natura est, & tamen tota Patris, tota Filij tota Spiritussancti est. Quid igitur cuipiam mo pinabile uideatur una in tribus personis Deitate commanente, si duarum personarum inseparabi lium proprietas una est, & dicitur? Amplius: Ex affectionibus animæ ut quibusdam uisum est, quæ dam uestigia in corpore commanent, & ex corpo ris in anima, quibus Physiognomones ex corporis

Non ideo Deum esse compositũ & simplicitate carere si plures habẽt qualitates dictę sunt proprietates.

Diuina Naturæ nõ ideo esse compositã quod tribus in personis.

Anima etiam corporis affectionibus condolet

idea portẽdunt animæ affectiones. Quoniam uerò ex paßionibus corporis, uestigia quædam adhærent animæ (manifestum, dolenti enim condolet, uulnerato q; affligitur) patitur anima non solum in senectute, sed in ebrietatibus, egritudinibus q; : & propter corporis intemperantiam arcetur ab actionibus. Quo ab huiusmodi lapsu regresso, rursus perlucet anima: nec alius tamen imnascitur sensus, cũ priorum reminiscatur post ebrietatem. Verum hæc omnia & quæcunq; horum similia sunt, ad compositum. Aristoteles retulit in Libro de Anima: dicendo sic. Sentire, & amare, aut odire nõ sunt mentis paßiones, sed habentis illã. in eo, quod illam habet: eo quod non moueri animam arbitratus est, sic nequaquam tamen cum paßiua mouendi societate, omnem corpori & animæ communitatem abstulit. Non est anceps alteruter singulares quasdam proprietates nactum esse: ut rubrum nigrum, album, diuiduum esse: alijs alibi positis Partibus, & similia: his corpus. Rationalis autem anima absq; corpore intelligere, cum sit in corpore: unum cum uelit intelligat, nullius eorum quæ extrinsecus egens, & quantò maiora in se suscipiat, tantò facilius inferiora dispensat, se cognoscat, seq; contempletur, ex quo monstratur separabile & im-

Argyropoli uersio sic habet: Ratiocinari uero, & amare, aut odisse: nõ sunt illius affectus, sed huiusce q habet illud, ea ratione qua illud habet.

Lib. 1. de Anima. cap. IIII

& immortalis, & utrumq; quasdam communes proprietates habere, ut in toto esse, animal constituere, ab inuicem posse separari, copulariq; iterum. Dato tamē quod hodie omnibus reclamet communitatibus corporis, cuncta dubitatione suffossa post resurrectionem alicuius consortium habitudinis adipiscetur: ait enim Apostolus: Corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem: Iterū, Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale: nō quod uertē dū sit in spiritum, sed quod plures cū suo rationali Spiritu habiturum sit communitates: huius rei omnis dubitationis nodum ex amußmi dissoluere uidentur, exoptati corporis IESV Saluatoris nostri, eiusq; beatæ super omnes mulieres Genitricis subtilitas, leuitas, candor inuiolabilis, immortalitatis quoq; ac incorruptionis gloria: quæ corporis æqualiter & Spiritus esse non est ambigendum. Cum igitur anima & corpus plurimum distantia ab inuicem, præter singulares quas habent proprietates quibusdam communicent: nihil utiq; sit inconueniens, si Pater & Filius, non uolūtatibus discreti, nec dispertiti interuallis, non separabiles nō diuidui, aliquibus non substantialibus participent proprietatibus, simulq; una causſa, unumq; principium Sancti Spiritus existant: unius enim lumi-

Proprietates dici non substantiales quę cōmunes duarum sunt personarum.

nis duo lumina, unam cauſsam, unumq; principium eſſe animaduertimus ſenſibiliter.

CAP. XIII.

SED obiectiones adhuc iterare aduerſarius non ceſſat: Si una inquit cauſsa Spiritus Filius eſt et Pater: huiuſmodi cauſsa aut ſecundum numerum habet unum, aut ſecundum ſpeciem: Quorum ſi Spiritusſancti cauſsa ſecundum numerum habet unum, & una numero cauſsa Pater eſt cum Filio Sancti Spiritus, quare non ſunt duæ perſonæ Pater & Filius: Item, Omnis, inquit, cauſsa numero una exiſtens aut ex principio aliquo eſt, aut nullum habet principium. Nam habere principium, & carere principio, unum numero & idem non uidetur poſsibilium, at uerò cauſsa quæ dicta eſt, neq; habet principiū in eo quod Filius dicitur, unde nō eſt Spirituſſācti una cauſsa numero Filius & Pater, ſed neq; ſecundū ſpeciē una propinqua Spiritus cauſsa Pater eſt et Filius. Nā ex uno nō numero. ſed ſpecie habētia eſſe ſimiliter illi unū habēt: quippe quæ ad unū ſpecie cōparātur ſimiliter illi unū habēt. Quod ſi ita ſit, nō erit ſpecie numero unus, cū non habet ex cauſsa eſſe, quæ numero una. ſed quæ ſpecie una ſit. Porrò cauſsa ſecūdū numerum

mèrum una, una inmero ex necessitate est. si quod specie unum habet plurium est. Ecce enim ba. syllaba, quod secundum speciem unum habet, pluriumatq; differentium pars dictionum inuenitur: ea si secundum numerum unum haberet numero discreta esset, et unius tantum pars dictionis, hoc autem si quis dicat non rectè colligit, eo, quod uerè dicatur unus Deus Pater & Filius atq; Spiritussanctus. sed neq; tamen genitus Deus, neq; ingenitus sunt hij tres. Quare non sunt unus Deus: Dico, inquit, Græcus, Deum non habere ibi unum secundum numerum, sed secundum naturam, seu secundum speciem. Nam dicendo unus Deus est Pater & Filius & Spiritussanctus, nihil aliud intelligimus, non quod huiusmodi substantiæ Pater est & Filius et Spiritus per quam Pater Deus est, non Deus Pater; & Filius Deus, non Deus Filius: Non enim in eo quod Deus Pater, neq; in eo quod Deus Filius, cum in eo quod Deus, nullas recipiat personales proprietates. Solui hæc potest, ut arbitror, obiectio, & per alia plura, & per ea quæ supponuntur. Diuisio caussæ quæ dicta est habentis unum, aut secundum numerum, aut secundum speciem. de materiali, formali ue caussa, et reliquis quæ supponuntur dici cõsueuit. Sed neq; Pater sõ

Hucusque aduersarius sed auctor hinc loqtur scilicet: hoc autem si quis &c.

Deum unum esse tres personas nõ secũdũ numerũ, sed secundum naturam.

Non in eo q; Deus esse Patrem

Causarum diuisio.

lus, neq; cum Filio materialis, siue formalis causa Spiritus sancti est. Neq; uerò efficiens, seu finalis quod manifestius fieri potest per inductionem diuisionemq; earum, quæ apud primos Philosophos dicũtur caussarum quadrifariam diuisarum. Nãque harum alia est efficiẽs, alia materialis, alia formalis, alia finalis. Earum rursum. Eæ quidem insunt, ut materialis, & formalis: Eæ uerò extrinsecus intelliguntur: ut efficiens & finalis. Efficiens autem ideo extrinsecus, quoniam uoluntatis est: secũdum uoluntatem enim facienda disponimus, & pro uoluntate mouentur, quibus secundum locum motus inest: Sed neq; Pater extra Filium est, neq; Filius factura est. Materialis autem causa inest rei, quemadmodum domui fundamentum: res statuæ: ac clementum syllabis, res quidem potest absq; statua esse, Spiritus aũt sine Filio et Patre impoßibile quod existat. Formalis item caussa rerũ designatiua est: nam secundum speciem, non quæ à genere differentijs habundat, sed quæ diuiditur è diuerso materiæ insignuntur res: sed Pater non est species Filij, neque Spiritußãcti: Magis autem Filius esset Patris species, si dici hoc liceret: Ipse enim manifestauit nomen Patris hominibus: Finalis caussa est, propter quam faciẽda in actum prodeunt:

Efficiens

Materialis

Formalis

Finalis

deunt: ut Medicina propter sanitatem: est enim finalis causa propter quam alia, ipsa nullius causa, & extra rem consideratur & abest: Pater autem semper adest, nunquàm à spiritu separatur. Quare non est finalis causa Spiritus Pater. Manifestum igitur secundũ nullum dictorum modorũ. Patrẽ esse causam Filij, seu Sancti Spiritus: quia indicibilis atq; ineffabilis est ille modus, quo Pater Filij Pater & causa censetur, et Pater est Filio, Sancti Spiritus una quoq; causa unumq; principiũ. Quæ uerò dicta sunt patet, quia diuinis personis inhimè propter prædictas causas conueniunt. Quare una quæq; semper ens adesse ducit, quæ non existunt. Et enim ut Pater, sic & Filius, sic & Spiritussanctus nulla unquam re inferior esse potest, per se expetibilis, per se liber, per se bonus existẽs. Quoniam igitur monstratum est causam nõ esse personalem proprietatem, manifestum & euidens est, quod nullum inconueniens sequitur: si Pater & Filius una Sancti Spiritus causa, unumque principium esse credantur, ex quo falsa manifestè apparet Nicomediæ Antistitis aliorũ ue positio quæ dicit. Quod non est unius proprium, trium est commune: Si igitur causa emissionis Spiritus non est tantum Patris, sed & Filij, necesse

quoq; Spiritus esse, sicq; erit Spiritus emissor simul & emissus: quod mendacij plenũ est. Nam cõmune est Patri & Filio ex aliqua non procedere: non esse Spiritum alicuius, nec Spiritum sanctum esse, sicut dicitur in substantiuo nõ esse, omni substantiæ commune est: primis scilicet & secundis: et sicut dicit Porphyrius commune esse proprij et inseparabilis accidentis, quod præter ea nũquam consistant illa, in quibus considerantur. Vnum ut huiusce omittã negationes, dico, quod habere habitudinem ad inuicem Patri Filioq; commune est. Omnis enim habitudo circa plura licet consideretur, ut una tamen habitudinalis proprietas segregatur, ex quo liquet rursus, duos unam proprietatem habere, quæ quanquam pluraliter uideantur dici, non propter se, sed propter participantia plurali utitur numero: quia per ea quæ habitudinem habent, & ipsa facilius habitudo manifestatur. Commune quoq; est Patris & Filij characterem habere ad inuicem se respiciendi, & rursum equaliter secundum habitudinem differre ab inuicem: sed & illud quod illorum quæ aliquid sunt, quis inficietur Patris ac Filij esse commune, dici scilicet, ad conuertentiam? ut enim Pater Filij Pater dicitur, sic & Filius Patris Filius esse dicitur: exequa-

tur

tur utiq; ab alterutro ad alterutrum prædicatio, quæ & conuersio dicitur: quoniã ut hoc ad illud, sic & illud ad hoc prædicatur cõuersim: Similiter autem et descriptio eorum quæ ad aliquid, hæc scilicet, quibus hoc ipsum esse est, ad aliquid quodãmodo se habere: de Patre quidem atq; Filio prædicatur, ut de existẽtibus ad aliquid, nequaquam uerò de Spiritu. Et quoniam aduersus positam obiectionem sufficiũt hæc ut arbitror, in alias quæ restant contradictiones eundem res ipsa postulat.

CAP. XIIII.

ECCE Methone præsul talia proponit: Si perfecta, inquit, ex Patre processio Spiritus. Perfecta autem quoniam Deus perfectus, de Deo perfecto Patre Spiritus: quid, inquam, confert ad hanc illa quæ ex Filio? Quorum si & hic aliquid confert, non est perfecta illa: quomodo enim perfecta, si tantum debabet quantum illa conferit? Si autem ex Filio processio Spiritus eadem quæ ex Patre processioni est, nihilq; amplius est, neq; inuenire neq; dicere, ad declarationem Spiritus perfectionis: superflua utiq; sit prorsus ea, quæ ex Filio: at superfluus est atq; uanus, superfluum quid inducens, insuper consummata supra perfectaq;

Trini-

Trinitate. Mihi quidem huiusmodi ratio, non uidetur sufficiens, ad tollẽdam Spiritus processio nem ex Filio: uerè cum passibilis uniuscuiusq; anima sit, non potest magnum quid ac generosum cõcipere, maximè circa Diuinum, dum perpetitur caliginem: non faciunt horrenda sic belligerantes uulnera. Ignorantia certè, hoc in loco, huiuscemodi cauillatione prudentior, hæc quidem, & similia his quam plurima in Latinos, ut circa pueros & omni uento formidantes, naufragium iaciuntur: Non'ne quæri & similiter potest, Filius ex Patre perfectus est, perfectus quia Deus perfectus, de Deo'perfecto Patre, Solus enim Deus perfectus ue ré'uidetur: illo existente solo perfecto, extra quod nihil est summe, et quod nõ indiget alicuius, alia ue rò omnia uidentur & sunt abusiue perfecta: siue secundum quantitatem, siue secundum qualitatem, seu Metaphorice: ut perfectus calumniator, perfectus latro, perfecta destructio: res quippè perficere dicitur annullari: Si igitur perfectus Deus est, Filius ex Deo Patre perfecto, quid inquam, Spiritus ad huiusmodi conferat perfectionem? Qui si confert, neuter est perfectus, neq; Pater neque Filius. Quomodo enim perfectus si tanti eget, quanti Spiritus dator est? Sin uerò unus Deus perfectus est Pater & Filius, & nihil amplius est inuenire, neq;

Perfectus solus Deus

neq; dicere ad manifestationem paternæ perfectionis superfluus utiq; sit Spiritus, quod cogitare impium est. Nam sicut uniuersitas uidetur Patris & Filij esse, ita & Spiritus sancti: atq; quos uocat Pater & Filius, quos uocat Filius & Spiritus. Quos sanctificat Pater, hos quoq; sanctificat & Spiritus: licet de Spiritu dictum sit: Non loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquætur: quod quidem præcipuè ostendit eisdem naturæ ueritatem communitatis, et non aliquam minorationem. Omne enim quod natum est, si rationale sit, nõ ex imbecillitate, uel casu cum uult, à se ipso propriam habendo uoluntatem loquitur, Spiritus uero Dei non sic. Quicquid enim uult Spiritus est, Dei est uolũtas, & quicquid uult Deus: Spiritus sancti uoluntas est. Ceterum Prophetæ reliquiq; homines nolunt quicquid Deus uult. Ecce Petrus magistrũ negauit: Aaron aduersus Moysen murmurauit: Ieremias Prophætiam aspernatus est: Spiritus autẽ non sic. Non enim aliquando quæ Dei Patris, aliquando quæ suij ipsius, uult, quia in se aliam non habet uoluntatem: sed neq; Filius una & eadẽ existente trium personarum uoluntate ac perfectione, propterea perfecta Spiritus ex Patre processio non debet prohibere eam, quæ ex Filio esse dicitur.

tur, cũ neq; perfectio Filij ex Patre, prohibeat perfectionẽ Sancti Spiritus ex eodẽ. Quare planũ est, quod ex utroq; perfectionẽ et esse habeat Spiritus. Nã si separatim et seorsum Spiritus progressio ex Patre esset, nullo modo Filio cõmunicãte, imminueretur dignitas illius, qui genitus est: Et enim si ex solo Patre Spiritus procederet, solus Pater ipsũ mitteret et tribueret, quod sic manifestũ fit: Si Filius eo qnod à solo Patre generatur, à Patre solo datur et mittitur, propter eandẽ rationẽ. si ex Patre solo procedit Spiritꝰ: Pater solus ipsũ tribuit ac mittit Mittere autẽ et dare spiritũ, Filij dignitas est: Quadere si seorsũ et separatim Pater mittit Spiritũ, minuitur Filij dignitas, quod cogitare impiũ nefariumq; est: igitur ex ambobus est Spiritus processio. Amplius ut auterius ostẽsum est, nihil cõmune habet Pater et Filius ex eo quod habet est Pater, hic est Filius, personaliter ab eo diuidere prorsus ad similitudinẽ indiuiduorũ speciei cuius sit habet, sub substãtia intellectæ: at uerò Spiritus ueluti qualitas est Patris & Filij, pro ut magnus Cyrillus in septimo ad Hermiã sermone, patẽtetur uider asserere: sic dicẽs. Numq̃ signa & prodigia per Paulum CHRISTVS operatus est in uirtute Spiritus ſãcti, ut actio quædã naturalis et uiuẽs, & ut ita dicamus, qualitas

tas diuinitatis Filij Spiritusſanctus eſt: Si autẽ hoc »
ita eſt, quomodo erit factura, quod in Deo, & ex »
Deo naturaliter? Et iterũ idẽ dicit: Quaſi aliquis »
uapor, et qualitas eſt ſubſtãtiæ ipſi9 Patris, et hæc »
quidẽ Sãctis, ſed talis qualitas nõ eſt accidẽs: Ma- »
gis autẽ una perſonarũ ſanctæ Trinitatis uerusq; Ioannes Theologus
Deus: hoc idem Theologus Ioannes teſtari uide-
tur, ubi dicit: Deus charitas eſt, & qui manet in
charitate, in Deo manet, & Deus in illo. Quæ
charitas cũ uehemens eſt et indeficiens erga pro-
ximum, Spiritus eſt in nobis, qui manere facit nos
in Deo, Deumq; in nobis: quod ex operibus maxi
mè cognoſcitur. Quemadmodum anima, quam nul
lus uidet, ex actionibus motibusq; percipere, quod
in nobis ſit ac exiſtat: ſic in nobis Dei charitas,
per aliquos motus actionesq; cognoſcitur: quas
Spiritus datus efficit, ut ſcriptum eſt: Quoniam
de Spiritu ſuo dedit nobis, qui ut mundus munda
& immaculata largitur. Tale donum Spiritus Sã-
ctus eſt, quod charitas dicitur, per quam Pater di
ligit Filium, & Filius diligit Patrem, & equaliter
huiuſmodi charitas communicatur Patri et Filio:
Nam qui diligitur, debet diligenti æqualem redde
re affectionem: quia ſincera & certa dilectio, ex
æquali omnino ad inuicem dilectione conſiſtit: cri

men

men alioquin dilectio foret, inæqualem reddere diligenti affectionem: & amanti amato dißimiliter aßistere. Ergo hæc charitas quæ ineffabiliter iungit Patrem Filio, Filiumq; Patri, quæ coniunctio nos ad amorem Dei, Filiumq; ad amorem Patris trahit. Non est enim ociosus in Deo amor, quo tres personæ inuicem connectuntur: Quãobrem non est putandum, quod propter homines solum, amor Deus dicatur: qui ante omnia secula caritas existit, quæ est Spiritussanctus, ut Euangelistæ Paulus contestatur dicens: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritumsanctũ, qui datus est nobis, exuberans opimumq; donum: ut Chrysostomus prohibet. Donum enim quod maximum erat, hoc dedit, non cœlum, & terram, & mare: sed quod hijs omnibus erat honorabilius, quod angelos ex hominibus, & filios Dei ac fratres CHRISTI præparauit: & post pauca in Epistola ad Romanos: Non cum intercapedine, inquit, & pedetentim nos honorauit, sed repẽte honorum fontem diffudit, & hæc ante certamina: Quare licet non per multum dignus sis, noli desperare, magnum habens aduocatorem charitatem iudicantis. Quid est quod maximum dicit uniuersorum donorum bonorumq; fontem? Deus utique

Deus est amor uel charitas, quia in cordibus hominum charitatis amorem infundit.

que Spiritus sanctus, quam charitatem nuncupauit Euangelista cum dicit: Deus charitas est, De hoc quoq; in quartodecimo Psalmo ait Hieronymus: Spiritus sanctus nec Pater est nec Filius, sed dilectio quam Pater habet in Filium, & Filius in Patrē. Augustinus quoq; in sexto Libro de Trinitate ait: In omnibus æqualis est Patri Filius, et est unius eisdemq; substantiæ. Quapropter et Spiritus sanctus, in eadem unitate substantiæ et æqualitate consistit, siue enim sit unitas amborum, siue sanctitas, siue charitas, manifestū est, quod nō aliquis duorum est: quo uterq; cōiungitur, quo genitus à gignente diligitur, genitoremq; suū diligit. Quoniam igitur Spiritus ut est amor Patris, ita et Filij: ut procedit ex Patre, procedit ex Filio, manifestū igitur ex hijs quæ dicta sunt, quod non existente Filij Spiritu, neq; ex ipso procedente, impossibile est eundem spiritum Patris esse, uel ex ipso procedere: Quippe superius monstratum est, quoniam Spiritus progressio ex Patre Filioue una eademq; est, & quod cōmune duorum, Patris dico & Filij, ex se ipsis Spiritum emittere: ostensum quoq; est, quod cum emittendi proprietate plures alias communes habent proprietates, Pater et Filius, quæ Spiritui minimè conueniunt. Di-

ctum etiam est, quod Pater non in eo quod Pater, spiritum emittit, sed in eo quod principii et causa nec ideo in unam confunduntur personam, etsi per unam & indifferentem progressionem ex ambobus Spiritus proueniat. Sed neq; indiuisibilitas simplicitasq; deperit, neq; Semiarrium prodigiũ neq; Semisabellius exoritur error, ut nequaquam sui ipsius cõseruet proprietatem Pater, si aliquid huius & Filio impertiat. Similiter autem et Filius non solus insigniatur Filiali proprietate, ut aliquid de ea Pater assumat: Nempè, non omnia quæ Patris et Filij, Spiritus quoq; communia existunt, & è conuerso: propterea non est uerus qui dicit, Omnia quæcunq; habet Filius, habet & Spiritus excepta nascibilitate. Si itaq; habet emissiuum Filius, habebit hoc & Spiritus: quod à ueritate remotum. nam Filius eundem spiritum habendo mittit, sed Spiritus non habet Spiritum, neq; se ipsum propriè mittere dicitur.

CAP. XV.

HI Satq; similibus Bizantius nouus Philosophus non cõsentit: Inquit enim, Si Spiritus ex Patre Filioq; procedit, sicut quidam autumant & dicunt, necesse aut similis sine tempore et

æternam

æternam esse progressionem Spiritus ex Patre & Filio, aut secundum prius & posterius: Quod si secundum prius & posterius, in quocunq; duorũ sit, euidens est blasphemia, erit enim Spiritus se ipso prior & posterior, æternus & temporalis, recens & antiquus, sub tempore ac ante tempora, eo quod non simul adsit Spiritus progressio, ac eius existentia, quod impietatis plenum est: Sin autem simul, præter tempus æternaliter ex ambobus, Patre dico & Filio, procedit, cui ut propugnaculo innituntur, qui ex aduerso dimicant: quærendum est ab ipsis: Vtrum simul præter tempus & æternaliter an quomodo dicant? Nã si principaliter ex ambobus dicant, aperta est blasphemia. Erunt enim in supersubstantiali, supranaturali, et Zoarchica Trinitate duæ principales, & sine principio, & sine caussa personæ: ideoq; duæ caussæ, duoq; principia, & duo non habentia neque caussam, neq; principium. Itaque in duorum pluralitatẽ quæ Christianæ sunt religionis transferentur, & iniuria non quælibet Zoarchicæ ac supersubstantiali irrogabitur Trinitati. Quod si nõ principaliter, licet simul & æternaliter, sed propius atq; remotius, aut primo & secundario, & sic parturitur impietas: primum quidẽ, quod ma-

gis erit Filius causa Spiritus, minus autem Pater. Nam quæ propinqua caussa est, magis causa est, pro ut communes conceptiones & ueritatis sermo declarat. Sed in ea, quæ incommutabilis & inalterabilis est diuinitate, atq; in Thearchicis hypostasibus, neq; magis neq; minus est inuenire, eo quod æqualiter, & in eadem gloria omnia quæ cõmunia sunt, diuinis personis cõsistant. Hæc quidem & alia dictus Philosophus concinnat & exacuit, quæ aduersarijs uulnera non infigent: prius quidem & posterius secundum tempus, & principaliter & secundario, propriè in Deo Latini non enunciant, & hoc meritò: Numero quippè diuinum superius est, et temporis consequentia: Nam ubi unum & idem communitas est, nihil dehabẽs numerus tollitur, & concordia in unitatem coadunatur. Ideoq; principaliter procedere Spiritum ab alterutro remouentes, de utroq; prouenire affirmant æqualiter: inquiunt enim, Si non est in sancta Trinitate prius secundũ tempus, neq; secundũ naturã, honorem ue, potentiam ue, non est aliqua triũ personarũ principaliter ab alia, magis autem quod à nullo secundum posteriorem rationẽ prouenit, principaliter ab aliquo nõ uidetur procedere. Qua de re, secũdum exceptissimum caussæ modum,

dum, ineffabilemq; ordinem, quo Spiritus quidem tertius, Filius uero secundus à Patre cẽsetur. Colligi non potest aliquod eiusmodi: Nẽpè si quia Pater à nullo Spiritũ, à Patre uerò, ipsum Filius habet principaliter, is Patris existit, propter eandẽ causſam. Quæcumq; Filius habet, Patris crũt principaliter: Quod si ita est, solus Pater principaliter uiuit, principaliter regnat, principaliter iudicat, quin etiam principaliter persona est: hæc si concedantur, reum mendacij Apostolum facere uidentur dicentem: Non rapinam arbitratus est, esse se Filium æqualem Deo Patri: Sed & illud quo modo stabit? Ego sum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad Patrem nisi per me: ac alia quæ multa his aggregari poßunt: Quod uerò sequitur, scilicet, propinquam quidem cauſsam magis esse cauſsam, minus uerò quæ remota est, absoluendum sufficiens esse arbitror, quod id tale in naturalibus, logicis, similibusq;, in quibus non eadem cauſsa ubiq; propinqua remotaq; est, locum habet. In Diuinis uerò personis nequaquam tum propter alia multa, quæ silere nunc præstat, tum pro eo, quod propinqua, mediataq; prorsus eadem cauſsa censeãtur Pater & Filius, atqui neq; secundum tempus, neq; secundum naturam, neq; secundum aliquem

aliē modū, Pater Filio prior est. ut de Patre quidē Spiritus principaliter, de Filio autē secundario, aut nulla ratione ut Græci nimiū inopinabiliter affirmāt, prodeat: ut enim ante omnia tēpora simul natura sunt Pater et Filius, eisdēq; honoris, ita quic quā potest Pater, potest et Filius, & quicquā à Patris, & à Filij potētia remouetur. Nō potest peccare Pater, non potest peccare Filius eo quod peccare non sit res existēs, sed tantū boni priuatio Infirmitas est, ut Apostolus dicit, CHRISTVS cum essemus infirmi pro nobis mortuus est: et Dauid: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: ideoq; non est Deo posibile, sicut neq; quod factum est, ut non sit factum facere Deus potest: Verax enim Deus est, factum autem facere non factum, mendatium est. Potius enim hoc sit facile, à se ipso differre, pœnitere, naturamq; propriam deserere, id est, dicere quod posit non esse Deus, quod ridiculum prorsus & inutile, propterea ut Aristoteles dicit: Nulla potestas præteriti est, sed præsentis, aut futuri: nullo enim modo posibile est, præteritum tēpus existere nūc: sed neq; in præterito uerū erat dicere, quoniam nūc est illa quæ fuit temporis particula, Si præteritum tempus relabi non potest ad præsens, uel ad futurum, nihil eorū quæ sunt nūc,

Peccati quid

Factum infectum fieri non potest.

uel

uel futura sunt in tempore præterito existentiam habere possibile à quocunq; autem omnis auferatur existendi aptitudo, ei nulla uerè potest attribui potentia: quare nulla est præteriti possibilitas, sed præsentis, uel futuri. Quo circa præteritum omne necessarium uidere, nõ possibile, neq; contingens, possunt utiq; Pater & Filius æquè omnia: uolunt autem potiora. Quorum si quis dicat. Non quæcunq; Pater, potest & Filius, & è conuerso: eo quod Pater cum sit Pater, non potest esse Filius, neq; Filius Pater: uerum hæc & his similia magis negationes sunt, quam consistentiæ rei alicuius: negationes autem infinitæ sunt, & neq; naturam, neque subsistentiam habent, quare neq; potentiæ sunt. Ex quo manifestum quod ad nullam potentiam pertinet Patrem esse Filium, cum utrumq; interimat. Item si quis dicat aliud esse generare posse, & aliud posse generari, & alterum quidem Pater tantum potest, alterum uerò tantum Filius, unde differentes ad inuicem potentias Pater & Filius habere uidentur: respondendum quod eadem potentia est in Patre, secundum quam potest generare, quæ in Filio, secundũ quam potest generari, quamquam diuersis effulgeat proprietatibus: ueluti una potentia est hominis disciplinæ percepti

tibile, secundum quam Orator potest atq; Philosophus: attamen secundum Oratoriam Rethor, et secundum musicam Musicus nuncupatur. Eius modi sanè distinctionibus trium personarum posse ac proprietates, ad instar lancis esse ostenduntur: at uerò si solus Pater Spiritum posit emittere, ut Græci autumant, defectum patiuntur distinctiones: & dictarum personarum posse, paritas, atq; proprietatum interire uidetur, quod hoc modo monstrari potest: Solus Pater duo maxima in Trinitate potest singulariter, scilicet, gignere Filium, ac spiritum emittere: Quæ diuersa esse, cum illa sequitur contradictio palam est: Nam secundum quod potest gignere, potest Filium habere: secundum uerò quod potest emittere, non potest Filium habere. Quare secundum aliud potest gignere, ac secundum aliud potest emittere. Quicũq; uerò duo maxima in Trinitate singulariter potest, plura singularia eo potest, qui unum singulariter ibidem consimilis figuræ potest, ut Filius quidem tantum gigni. Quod si hoc singulum tantum in Trinitate Filius potest, Patri duo maxima in Trinitate singulariter potenti non exæquatur secundum hoc. Nempe si exæquatur in Trinitate Patri, tot singulariter in Trinitate potest quot et Pater.

Sed

Sed neq; Filius duo potest, in Trinitate singulariter, neq; Spiritus: Plura ergo in Trinitate singularia solus Pater potest, q̃ solus Filius aut solus Spiritus. Sed instet fortè aliquis dicens: Ex præmissis non prouenire huiusmodi conclusionem, pro eo, quod posse pluraliter relatum, ad proprietates tã tum referatur: ueluti persona singulariter intellecta est, secundum substantiam dicitur producta in pluralitatem, non substantiam, sed proprietates indicat. Quod ex propositionum consecutione uideri potest: Si est persona cum substantia: sed duæ personæ, si antecedant, non inferent duas substantias, uel aliquid talium. Iuxta hunc modum, inquiunt, posse singulariter intellectum substantiuè dici: & ex eo, quod unũ sunt personæ tres. In quo quantum possunt duæ, tantum quælibet trium sola potest, pluraliter autem posse, cum in Trinitate pronunciatur, solummodo proprietatum indicatiuum est. Quare superius positæ cõclusionis hoc scilicet eplura in Trinitate singularia, solus Pater potest, quam solus Filius, aut solus Spiritus: uerus hic est sensus, plures singulares proprietates potest habere Pater solus quam Filius solus, aut spiritus solus.

CAP. XVI.

SED uidere mihi uideor, quod talis responsio magis impedit quam expediat: Nam siue duas proprietates, seu duas potentias, Patrem, Filium uerò unam tantum quis habere dixerit, imparitatem, aut proprietatum, aut potentiæ, quorum utrumq; detestabile arbitror, apportat. Profectò, ut una & eadem est trium potentia, secundum quam aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus singulariter potest, ita proprietatum numerus, circa singulas personas, ne quicquam imparitatis appareat, idē penitus conseruatur: Cū enim Deus nihil inuano faciat uel habeat prorsus nō æstimo debere recipi, Patrē habere plures Filio proprietates: quippe si aliqua proprietate genitor à Filio habū dat, aut aliquid potest secūdum illam, aut minimè: Si potest, non est omnimoda inter Patrem Filiūq; paritas singularis posse. Nec repræhēdēda est illata conclusio, si non potest: inuano est: Cum ergo nullam diuinarum personarum proprietates, absque uirtutis titulo habere possibile sit, non est ambiguum si earum aliqua habūdet proprietate, ab alia eandem & posse habundare singulari: Sed attendendum quod in quibuscunq; infirmitatis uel imbe-

imbecillitatis causſæ proprietates eſſe poſſunt, ſicuc in quibus una proprietas amplioribus æquiualere poteſt: talis complexio locum non habet, alioquin conditorem ſuum in poſſe creatura tranſcendat, & Domium ſuum plerumq; ſeruus quilibet. Amplius. Si Spiritus ſecundum ſingulare procedē di quod poſſidet proprium, tantum poteſt, quantū ſuo utroq; Pater ſingulare: Spiritus poſſe, Patris alterutro poſſe ualidius eſt: Rurſus ſi poſſe ſingularis proprij Spiritus, nō equè poteſt ambobus paternis proprijs, plura poteſt in Trinitate ſingulariter Pater, ut ſuperiora monſtrant, quam Filius ſiue Spiritus: Talium utiq; ac ſimilium inconuenientium cauſſa origoq; Patris habitudo ad Spiritum, quæ à Filio remouetur exiſtit. Et quoniam iſtiuſmodi dogma impoßibilia ſequuntur, reliquum eſt, ut ſolum Pater gignere ſingulariter, Filius uero gigni, Sanctus quoq; Spiritus tantum emitti poſſit. Cuius quidem ſpiritus exiſtentiam perſonalē quod ex duobus progreditur opinandum non eſt, idcirco geminam conſtitui: ſicut in Mathematicis euidens eſt: Punctum enim abſq; interuallo ſuper poſitum puncto, binarium non pertingit, nec aliud quam prius fuerit, efficitur: Eodem autē modo, linea ſi ſuperponatur linea, non conſtituit ſuperficiem,

ciem, neq; crescit, neq; in speciem pertransit aliam hoc idem superficies & consilium litterarum figuræ obtinere putantur. Cum autẽ ex toto esse illius qui gignit, eiusq; qui gignitur, Spiritus proueniat, omnis excessus, uia, imparitatisq; singularis personis singulare proprium obtinentibus, intercipitur. Quare secũdum Latinorum dogma, de nulla Trium complexio necti potest, quod aliqua illarũ plures, alia proprietates habeat, uel plura quã alia possit singulariter: Quicquid enim sic inducitur, ἀνακόλουθον, id est, inconsequens est, sicut anteriora ostendunt. Ergo circumscripta est omnis imparitas, etiam quæ putabatur Spiritus, uel ad Patrem, uel ad Filium, ex eo quod Pater aliquid singulariter, et aliquid potest cũ Filio, Filius quoq; aliquid singulariter et aliquid potest cũ Spiritu, Spiritus etiã aliquid singulariter, et aliquid cũ Patre, licet nomen quo exprimatur, forsitã inuentũ non sit. Sanè quod his orationibus significatur, immediatè Filio iũgi causſam uel causatiuum esse tantũ in Trimitate, soli Patri. Spirituiq; conuenit, ἀπλῶς etiam de utroq; tantum prædicatur: Item differre à Filio, remoueri à Filio, aliam personam esse à Filio & aliam insignitiuam proprietatem habere, ambobus ita quod cuiq; duorum tantum conuenit,

ἀνακόλουθον

ἁπλῶς

uenit, quorum æquipollentia repperiuntur similiter apud Filium cum altera duarũ: Præterea sunt & alia communia Patri & Filio, Filio & Spiritui, Spiritui & Patri, quæ non habent ad singulos relationem: ut est, duas personas esse: duas insignitiuas proprietates habere: & aliqua singularia in Trinitate posse: atq; si qua horum similia excogitentur. Quo circa si Pater & Filius, duo in Trinitate singularia possunt: unum autem Spiritus, nulla imparitas, uel inæqualitas colligitur: habet enim id idem cum Patre Spiritus. Et notandũ, quod quemadmodum aliud est sensilibus commune, ac aliud proprium: commune quidem sensu percepti bilia esse, proprium uerò, ut colore, uisu, sono aut auditu, percipi: Ita tribus personis commune est insigniri personali proprietate, duabus uerò commune est emittere, duabus autem causatiuum esse, duabus quoq; immediate Filio iungi. His omnibus ad singulos relatis, proprium est autẽ ut huic quidem gignere, illi uerò gigni, alij autem procedere. Quorum quidem, si aliquis urgeat, esse aliud ex Patre quam ex Filio, non tamen obtineat, aliam esse atq; aliam ex alterutro processionem: utpote, si aliud sit iuratum esse Regis, ac aliud hæredis Regij: una tamen est fides, qua iuratus ab utroq; cõplecti-

Proprietatum alias communes tribus, alias duabus tantũ personis, alias singulas tantũ singularum.

plectitur. Itaq; liquet ex prædictis, quod in Trinitate neq; prius, neq; posterius, neq; principaliter, neq; secundario, eo quod Spiritus ex Filio procedat, dicendum est. & quod non est, ad consequentiam ducendum illud Augustini: Non dicitur de quo genitum est Verbū, & de quo procedit principaliter Spiritussanctus, non Deus Pater. Nec illud Hieronymi: Credimus in Spiritumsanctū, qui de Patre procedit propriè. Ex quo enim sesu hæc dicta sint, Augustinus statim aperit: Ideo, inquit, addidi principaliter, quia & de Filio Spiritussanctus procedere reperitur, sed hoc quoq; illi Pater gignendo dedit, ut de illo Spiritussactus procederet: ergo abusiuè dictum est, principaliter & propriè: quod hoc habet Pater à se, non ab alio, Filius autem à Patre hoc habet, ut de ipso sit & procedat, sicut de Patre est & procedit Spiritussanctus: quæ nullam procedendi prorsus faciunt differentiam: quod ex peritia Grammaticæ artis apertè potest intelligi, Ecce, Verbum à nullo accipere temporis: Participium autem à uerbo accipere, et tamen eodem modo utrumq; habet, & pariter ambobus conuenit tempus: Nam per omnem modum ut ex Patre, ita ex Filio procedit Spiritussanctus. Cui ex hijs quæ supponuntur, iterū fides præsta-

præstatur: Si enim Pater solus, ut Græci fatentur, Spiritum sanctū emittit, solius Patris Spiritus Sanctus est: Nam si Pater non est genitor, nisi geniti ex eo Filij, & Filius non est Filius, nisi generantis se Patris, manifestum quod Spiritus nullius est Spiritus, nisi Patris ipsum emittentis: Qua ex re, si Filij est Spiritus, liquido apparet, quod & ab ipso emittatur. Item, Patris quidem proprium est generare, Filij uero generari, & Spiritus sancti procedere: at Pater solius Filij Pater: & Filius solius Patris Filius, eo quod ab ipso solo generetur: Quare Spiritus sanctus, Patris solius Spiritus est, cum ab ipso procedat & solo: Nam si non procedit ex Filio, neq; Filij Spiritus est. Cæterum, Pater illius quem genuit solius Pater est, quia Filius ex quo generatur solo, illius solius est Filius, unde manifestum, quod Spiritus sanctus si non procedit ex Filio, neq; Filij Spiritus est: hoc autem impossibile Quare impossibile quod ex hoc sequitur erit, dico autē: Spiritū non procedere ex Filio, Item Spiritus Filij est, non ut ἐνεργούμενον, neq; per gratiam, sed secundum naturam: quemadmodum Patris, ex quo manifeste progreditur. Quorum si per naturam alicuius esse Patrem & generare idem est, similiter & per naturam alicuius esse Filium, et ab ali-

Spiritus Energumenus est in possessis malus, in bonis bonus est per gratiam.

aliquo generari est idem: manifestum quod et per naturam alicuius esse Spiritum & emitti ab aliquo est idem. Igitur cum per naturam Spiritus Filij sit, & ab ipso emittatur, quoniam uerò per naturam habet Filius Spiritum, id est non per gratiã nec ut Energumenum, manifestè cõsiderari potest ex eo, quod nihil aduentitium, nihil corruptibile, nihilq; secabile habet natura Diuina, uel aliqua personarum diuinarum.

CAP. XVII.

AD hæc autem, nequæo præterire sub silentio grauissimam illam obiectionem, quæ tamquam ex tuba emittitur in longitudinem, qua Latinorum implentur aures, & si ualde illicitum putem in Diuino nugas cõfingere, aut cõfictas proferre huiuscemodi: Ecce, Nicomediæ præsul, cum alijs exclamat: Si ex patre est Filius, ex Patre autem & Filio spiritus, Nepos utiq; Patris Spiritus est: quia et apud nos nepos proximè quidem est ex quo ducitur, per quem medium ab auo deriuatur. Quid dicendum huic, aut quidem respondendum erit? Hoc neq; in naturalibus consecutionem habet: ut: ales quidem prima ouum peperit: ex alitæ autem et ouo, passer prodijt: igitur, quæ progressa

est

est auicula, neptis iudicabitur alitis. Multo minus in Diuino locum reperit redargutio huiusce modi, ubi neq; corporea generatio est, neq; passibile: Omne autem quod talibus generationibus subiacet, necesse est secari: Omne autem quod secatur passibile. Stupesco in talibus, & ideo maximè, quod non solum dictus Antistes, sed quicunq; cõtra Latinos scripserunt in hoc negotio, Paralogismo eodem, quo & antiquissimi Hæretici, & similibus quæ non habent locum, præter quam in naturalibus, usi sunt. Qua in re, qui hæc opponunt, secundum apparentiam tantum, nequaquam autem secundum ueritatem decertant: nihilq; sic litigando, contra eos, qui è regione ueritatem complectuntur, aliquod affertur inconueniens. Palã est haud dubito, ex hijs quæ dicta sunt. Quod si genitor in eo quod Pater est, habitudinem relationem que habet ad Spiritum, consequitur ex necessitate, propter idẽtitatem habitudinis genitoris, spiritum genitum esse & Filium. Ideoq; aut confundi personas, aut fratrem Filij Spiritum confingere: quod idem personas confundit. Itaq; genitor non in eo quod genitor causa est Spiritus, sed in eo, quod causa principiumq;, ut sæpe conculcatum est. Quare neq; alienus à Filio Spiritus est,

neq; absq; habitudine ad ipsum iudicandus. Sed neq; hoc inconueniens. Si Filius non in eo quod Filius Spiritum emittat, cum Pater non in eo quod Pater spiritus causa existat, contra quod Nicetas sillogyzare conatur. Aut enim. Si Filius non in eo quod Filius, Spiritus causa existat, relinquitur utiq; secundum aliquam aliam habitudinẽ: Quod si ita est, erit Filius: ut Filius ex causa: ut autem et ipse Spiritus emissor causa: propter quod, hinc inde inconuenientia oboriuntur. Aut enim non ex causa existẽs, habuit Filius emissor Spiritus esse, aut ex causa existens Patre scilicet, atqui si nõ existens ex causa, erũt rursus in supernaturali & supra substantiali Trinitate duo principia sine principio: Pater, scilicet, & Filius. Ideo´que duo principia, & duæ causæ: Si autem ex causa Filius existens Spiritus emissor sit, omnino ex Patre hoc sortitus est. Nam & Quod Filius est, et omnia quæcunq; habet, per Patrem habere dicitur: Sin autem ex Patre hoc habet: quæ est ista ex hæredatio, & detrimentũ filialis existentiæ, ut nõ in eo quod Filius, Filium generet, et Pater censeatur, cum Pater in eo, quod emissor, Filium rursus emissorem Spiritus ostendat? Si enim ex Patre indemnis est Filij generatio, Spiritus q; processio, quem-

admo-

admodum emissor Filius ostendetur: necesse omnino, ut detrimentum circa Diuinam naturam nõ inueniatur quod generet Filium, & sit nepos hinc complasmatus aliquis, cum & emissor Spiritus, in eo quod ex Patre Filius monstretur, Quod si ita est, congeries impietatis & profunda emerget fouea: Non ergo Spiritus ex Filio procedit, sicut ex Patre. Huiusmodi quidem argumentationes, quibus tollere nititur à Filio processionis causã, prudens iste uir, ignorantis apparẽt magis quã studiosi. Quærit, quæ exhæredatio ista est & Filij detrimentum, ut non in eo, quod Filius Pater sit (quod quidem quærendum non erat, sed multo minus inferendõ, ut ex pluribus alijs uideri potest, ueluti si Pater, in eo quod factor Filium factorem ostẽdat. Omnia enim per ipsum facta sunt: necessarium sit Filium Patrem esse, ad ostendendum eũ in eo, quod factor, genitorem: uerò nullum detrimentum circa Diuinam naturam inueniatur: quæ fallacia, si de his quæ apud nos sunt exemplum sumatur, apertißima est hoc modo: Si Pater in eo quod desipit, Filium demonstrat insipientem, nulla certò uidetur necessitas fatui Filij generationem inferre, ne fiat paternæ detrimentum fatuitatis: puto in figura dictionis huiusmodi peccatum ob-

uolui, eo quod non idem eadem exponatur interprætatione. Etenim huiusce consecutio substantialium est, non proprietatum: quod recluſis considerari potest latibulis, si omißa religione ad modi cum Diuina, mentem ad humani generis propagationem quis reuocet. Non ne quisubet hominis Filius, cum omnia quæ Patri substãtilia sunt habeat, eorum quæ talia non sunt, minimam interdum portionem retinet? Si Patri substantialiter ineſſet Filij generatio emißioq; Spiritus, ex neceßitate Filius ipsum idem nactus foret quin etiam & Spiritussanctus, & hoc in infinitũ: sed Pater in eo quod substantia generat, aut spiritum emittit: Neq; in eo, quod Deus à Filio, uel à Spiritu differt, unus enim & idem Deus hi tres sunt: sed in eo quidem, quod Pater generat à Filio differt: in eo autem quod emittit, à spiritu solo. Qua de re manifestũ, quod penes substantialia tantum, talis locum habet consecutio. Nam in dubitabile est personales, siue Hypostaticas proprietates, impermutabiles esse: & earum permutationem tantum confusionem & disparitionem personarum facere, quibus solis circumscriptis omnibus alijs, differentes cognoscuntur personæ: at cauſa: et ut ita dicam, cauſatiuum, & mittere & mitti: & quum plures a-

liæ

liæ Hypoſtaticæ non ſunt, ſiue perſonales: ideoq; non fit confuſio perſonarum, quando dicitur: Vna cauſſa Sancti Spiritus Filius & Pater eſt. Natura enim quaſi res ſubſtantia quædã una eſt, proprietates autem notamina, et differentiæ indiuiſibilium, & quæ notæ non ſunt perſonarum. In rebus uerò creatis contingit eiuſdẽ aliqua differentia, et ſeparabilia eſſe naturæ, & ſepe nequaquam eaſdẽ habere proprietates. Et Filius quidem ſolus eſt ex Patre, ut genimen: ſecundum illud: Ego à Patre exiui. & illud: De utero ante Luciferum genuite: non quod uterum habeat Deus, ſed quia legitima frequentius germina, uteri concipientium parturire cõſueuerunt. Nihil ergo aliud ſermo innuit niſi ut certum faciat, quomodo legitimus fructus Patris unigenitus exiſtit, propterea & Spiritus proprius eius eſt, ſicut & Patris, cum nihil inter omnia quæ Patris ſunt exiſtat, quod à filio alienũ ſit. Omnia, inquit, mea tua, & tua mea: Quomodo ergo Spiritus cauſſam Patri ſoli attribuere quis audeat? pro foribus habet periculum, diuidens à Filio Spiritum, dum dicit, non eſſe ex Filio, ex quo exiſtentiã quemadmodũ ex Patre habet, ſicut mõſtratum eſt, qui certè à Filio effũditur: ſed eius nõ eſt poßeßio, qui munus eſt Patris & Filij, non fa-

Cauſſa ſpiritus Pater et Filius.

ctura, docens non ab alio instructus, quia cũ Deus sit, omnia scit, & omnia habet. Nos autem quanquam Dij per ipsum efficiamur, quod ipse est fieri non possumus. Nã quod ab aliquo efficitur, non est de substantia facientis, sicut quod gignitur est de substantia generantis: ergo Filius de substantia Patris gignitur, & figura substantiæ Patris, quia de illo existit nascibiliter solus: Spiritus uerò ex substantia Patris & Filij est processibiliter. Quorum si spiritus ex substantia Patris existentiam habet, ex substantia uerò Filij cuius est secundum naturam minimè, separabilis est Pater à Filio, & non est substantiæ unius utrumq; persona, & in separabilis: at non est separabilis Pater à Filio, cum eã dem cognitionem, eandem substantiam, eandẽq; uitam habeant. Nam quæ non sunt eiusdem substãtiæ, non una cognitione compræhenduntur, neq; similiter poßunt uiuificare. Cum igitur substantialiter ex utroq; sit Spiritus, ex alterutro æqualiter & similiter habet existentiam. Ideo ait: Sicut cognoscit me Pater & ego cognosco Patrẽ: ita perfectæ scio eũ, sicut et ipse me, inde omnia scio, quia Pater in me, et ego in Patre. Quare si Spiritus Patris, est: secũdũ naturã, et Filij si Patris est substãtialiter et Filij. Amat enim Pater Filiũ, et omnia mõ

strat

strat ei, & exhibet quæcũq; ipse habet. Attamẽ sapientia Patris Filius est, & nihil scit Pater, nec habet sine Filio, Ex quo patet, quod amborum æqualiter sit Spiritus, quó Pater Filium diligit, & quã ei non ad mensuram tribuit: diligendo autem Pater Filium, in Filio existit. & Filius in Patre: non ut contentum in continente, sed ut quibus esse unum & idem & æquale est, propterea dicit: Si me sciretis, & Patrem meum utiq; sciretis: quæ certe consequentia falsitatis arguenda est, si Spiritus ex Filio non procedit. Nam si Pater habet aliquod proprium quod non sit filij, nequaquam ex Filij cognitione perfecta Patris habetur cognitio: quod forsitan hoc modo melius apparebit: Nullius scientia in Filio deprehendit quod adeum nõ pertinet: ac emittere Spiritum sanctum ad solũ Patrem pertinet: Nullius ergo scientia in Filio deprehendit emittere spiritum sanctum, quod proprium Patris est. Quare non est uerum, si Filius scitur et Pater, fugienda sunt ea ex quibus inconuenientia oboriuntur. tenenda uerò est ueritatis norma: quæ dicit: Si me sciretis, & Patrem meum utiq; sciretis: quæ quia uera est, manifestum quod ex Filio sicut ex Patre Spiritus prodit. Non separantur personæ, neq; distant abinuicem, sed mutuo absq; confusio

ne in se sunt. Quamobrem nos tres homines dicimur, ut tres personæ locis distantes, & quam pluribus alijs & non unum proprie existentes: at in sancta Trinitate unus Deus, non tres dij, propter personarum eandem substantiam, et inconfusam admuicem capacitatem, non uirtute differũt, non tempore extenduntur, non spacijs diuiduntur, quia non est aliquid inter Patrem & Filium, ut antiquior sit existentia Filij Pater: cum igitur æterna sit Filij communitas ad Patrem, & per omnia par, æterna est Spiritus sancti ad Filium, à quo in nullo, nisi per processionem quemadmodum à Patre differt.

CAP. XVIII.

SED adhuc Methone Antistes Nicolaus, uerborum nouitates excitat, suas quasi Latinorum opiniones existam. cum iniuria pronunciat, & tamquam bonus Athleta in certaminibus, aut sicut in nubibus aquila pullos aduolandum prouocãs, extollitur crassaturq; in sermone capere, quos nondum intellexit: ait enim: Si quia unum sunt Pater & Filius, sunt autem omnino natura unum, ideo ut ex Patre, ita ex Filio dandũ est procedere Spiritum, hoc enim nouitas Latini dogmatis appetit:

petit: dandum sit & Filium ex necessitate ut ex Patre, ita ex Spiritu generari, quoniam & Pater & Spiritus unum sunt natura: Quod si non ita est, periclitatur Spiritus cum non sit unum natura cum Patre: & rursus palam fit Macedonius.

At hic quidem uir minimè ueritati propinquat, Latini quippè non ideo dicunt Spiritum ex Filio esse, quod Pater et Filius unus Deus sint, nec per aliquam hoc dicere disputationē coacti sunt, sed propterea ex utroq; spiritum procedere fatentur, quia æqualiter Filij atq; Patris existit, non cōdibiter, non nascibiliter, non possessiue, sed similiter amborum est, nequaquam ut actus et opus est hominis, sed quodammodo ut radij alma lux existit & solis. Amplius autem, & ex hoc manifestū est, Filij esse Spiritū & ex Filio, quoniā Filius per se figura est personæ Patris, & æqua, ut ita dicā, mēsura magnitudini eiusdē personæ ac æquilibris. cū ergo figura personæ Patris par sit, ac persona figuræ, enūciatur autē de persona Patris Spiritum prouenire, necesse cū idē Spiritus sit Filij, per omnia Patri cōparis, et de ipso enūciari: quare si procedit ex Patre Spiritus, procedit ex Filio, aut nō est æqui libris, et par figura personæ patris: Itē: Figura par est magnitudini ac personæ Patris: Ex

magnitudine uerò & persona enunciatur Spiritum procedere: quare idem ipsum & ex figura enunciabitur: emittit igitur Filius Spiritum sicut & Pater. Opponet autem aliquis, Spiritus par est personæ Patris: at uerò de persona Patris enunciatur habere Filium: Quare idem de Spiritu prædicabitur, & erit Filius Filius Spiritussancti. Sed di eo non esse huiusmodi æquipollentem comparationem: eo, quod nunquam datum sit filium æqualiter esse Patris ac Spiritus: cum omnis confiteantur Spiritum æqualiter esse Filij atq; Patris. Quare in quibusquidem nihil indiguum nec indecens Diuinas personas consequitur, in his Patrem dicimus caussam, & Filium concaussam, nec aliqua iniuria Filio Patri ue aut Sancto Spiritui corrogatur. Nam in legationibus & donationibus Spiritus, semper Patri Filius consors est: at Spiritum dicere Patrem, seu Filium Spiritus Filium appellare, execrabile prophanumq; est. Sed neq; propositio illa quæ dicit, Emissionem Patri & Filio communem esse: proprium paternæ personæ, quo aptus natus est insigniri, Pater solus interimit: hoc autem Paternitas est & sola, secundum quam ut ex anterioribus liquet, emissor non uidetur, sed solũ Pater. Quælibet proprietas in omnibus quæ

ab ea

ab ea denominantur, nominis sui principium seruare cõsueuit, ut caliditas calidi: & frigiditas frigidi. Nulla utiq; proprietas circa suum quod consideratur singulare, dupliciter in principio denominari facit: at paternitas una, sola proprietas, et circa solum Patrem, consideratur. Itaq; secundum Paternitatem tantum Pater dicitur, & non emissor. Trium egere quod ab aliquo denominatur dicunt Philosophi: Rei, à qua denominatur: nominis quoq;: amplius autem, & solius dissimilis terminationis: quodcunq; horum trium defecerit, impedit denominationem. Manifestum itaq;, quod emissor neq; à paternitate, neq; à Filiatione denominatur. Qua ex re patet genitorem secundum aliam proprietatem generare, ac secundum aliam emittere Spiritum. Et attendendum quoniam non propter honoris paritatem Patris & Filij, ut ex Patre, sic ex Filio Spiritus procedit. Si enim propter honoris paritatem ex ambobus Spiritus emanaret, consequi uideretur, ut Filius propter honoris paritatem sicut est ex Patre, ita & ex Spiritu esset. Quod Methone astruit Episcopus, qui uerax in his quæ intulit, inuitus reperietur: ait enim: Duobus eiusdem honoris à Patre progredientibus, si alterum, alteri existentiæ usum præstet,

Res
Nomen
Terminatio

Secũdum proprietatem & aliam generare, & emittere Patrem.

alterum

alterum æqualem alteri decet reddere gratiam, ut honoris æqualitatem ambo conseruent: quod si non retribuit, ubi est incommutabilis ordinis obseruantia? Et si quidem non potest, languidus est: si uerò non uult, inuidus. Vach, bonus Spiritus, & rectus, & Principalis eiusdem potentiæ secundũ naturam, Filio Paterq; consubstantialis. Hic quidem Vir, & omnis intelligere uolens, uerum esse quod dictum est, reperiet: Spiritum sanè Filio æqualem ut Deus Deo gratiam reddit. Nam qualẽ gratiam Pater ex ipso prodiens retribuit, eandẽ Filio recompensat, ex ipso procedens: utrumq; enim emissum dicitur, & est. Ex his ego quæ dicta sunt, ut arbitror, soluetur & Nicomediæ Præsulis instantia: quæ dicit: In quocunq; communicat Filius Patri, non magis & minus communicat: Si igitur in causa ei communicat, æqualiter communicare debet: Quod si æqualiter communicat, erit utiq; ut emissor, sic & genitor, nam ambo ad causæ rationem referuntur. Sin autem non ita est, qua ratione dimidiam & non totam habebit causam? quod enim ex dimidio imperfectum, nihil autem eorum quæ circa Dominum: imperfectum est. Demiror uirum hunc, tum quidem, quod ueluti mixtionem substantialium ac proprietatum faciat:

Causam non esse naturam.

faciat: causſa enim non eſt de ſubſtantialibus, neq; Hypoſtatica ſiue perſonalis proprietas, ſicut prius dictum eſt: tum autem, quod quaſi ab uniuoca uoce facit concluſionem: ſed cauſa hic nomen uniuocum non eſt, nec etiam æquiuocũ propriè ut quidam putant. Dicunt enim ideo æquiuocum nõ eſſe, quod oſtendat cauſarum cõmunitatem, ſecũdum quam communiter habent habitudinem aliquam, ad ea, quæ ex ipſis ſunt cauſſis: ſed nulla rerum communitas in æquiuocis, ſecundum æquiuocum nomen conſideratur, habẽt autem cauſſæ hæc æqualiter cõmune: primas eſſe, quorum ſunt cauſſæ: aut poteſtate, aut actu, ideoq; non eſt Homonymum, Quod uerò non ſit uniuocum hoc manifeſtum eſt, Nam uniuocum habitudinem habet, ad rem indifferenter, ut una eademq; ratio eorum omnium ſit, quæ ſub uniuoca uoce continentur: at hic non eſt eadem ratio quæ Patri competat & emiſſori: ſecundum aliam quippè rationem Pater genitor dicitur, & ſecundum aliam emiſſor: ſicut iam demonſtratum eſt. Talia uerò proponentes dicunt, quod hoc nomen cauſſa ſit, quaſi ab uno ad unum. Deniq; cuius ueritatis cõſequentia eſſe poteſt, quæ dicit: Si Filius in cauſſa Patri communicat, & inqualibet: aut iterum: ſi in aliqua, & in quali-

qualibet (talem enim sensum facere uidetur superius posita propositio) ad neutrum antecedens sequitur consequens. Indefinita enim particularem, nõ uniuersalem inferre consueuit, Verumtamen in ficienda non est propositio quæ dicit: Filium æqualiter patri communicare in quo communicat: qui cum in emittendo Spiritum Patri communicet, nequaquam in generando eidem participat. Solus autem Pater generat, solus autem Spiritum non emitit. Propterea ex simili potest dignosci fallacia huiusce, & Filij ac Sancti Spiritus singularis quædam communitas hoc modo: In quocunq; Spiritus Filio communicat, æqualiter & non secundum magis et minus communicat: Si ergo communicat ei in consolatione paterna, æqualiter omnino communicare debet: Quod si ita est, erit utiq;, ut paracletus, ita & Verbum, ambo enim ad consolandi rationem referũtur: Sin autẽ ita nõ est qua ratione dimidiam & non totam habebit caussam consolationis parternæ? Quod enim dimidiatum est, imperfectum est, habent autem & alia cõmunia Spiritus & Filius: profecto sicut Trinitatem trium, sic & duorum tantum Filij scilicet, & Spiritus communitatem scriptura exprimit, unitatem quidem Moyses parabolicæ, ac Trinitatem

insinu-

insinuando prodocuit: Audi, inquit, Israhel Dominus Deus tuus, Deus unus est: in quo & unitatem docet, & Trinitatem quodammodo manifestat. Semel enim dicendo Dominus, bisq; Deus, Trinitatis numerum edisseruit: subiungendo autem unus est, commodam fidelibus doctrinam attribuit unius Dei: una enim est sanctæ Trinitatis substantia: uirtus & uolũtas: hoc idem & cœlicarum uirtutum agmen Deo hymnum decantantium, cum ter Sanctus, semelq; Dominus dicant, confitentur: & in altero quidem numerum monstrant proprietatum, in altero autem unitatem naturæ commemorant. Ex quo iterum euidentissimè tres esse Diuinas personas, unius substantiæ apparet. Sed enim saluator in Euangelio indiuisibile ac inseparabile Sanctæ Trinitatis confitetur dicens diabolo: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruies. Et alibi: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo: putas ne quia non dixit Dominum Deum tuum & Filium eius, non oporteat nos diligere, magis autem condiligere Patri Filiũ, Sanctumq; amborum Spiritũ? hic quidem est Spiritus, qui solus Diuinus est. Nulla certè creaturarũ, Diuinus, uel Sanctificationis Spiritus dicitur: uerum hoc nomen Diuinum per se tribus personis

nis tantum conuenire, manifestum Paulus facit, cum Athenienses propter simulacra, superstitiosos uocet, ut in Actibus Lucas his uerbis refert: Genus cum simus Dei, non debemus extimare, auro uel argento, aut lapidi sculpturæ, artis & cogitationis hominum Diuinum esse simile: sed de Filio & Spiritu dicit Propheta, ut quidam autumant, ex persona CHRISTI ostendentis se, et Spiritũ Patrem misisse: Dominus inquit, misit me, & Spiritum eius. De missione quoq; spiritus Salomon testatur in Libro Sapientiæ his uerbis: Difficile estimamus quæ in terris sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore: quæ autem in cœlis sunt quis inuestigauit? sensum autem tuum quis sciuit? nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum tuum de altissimis. Ideo Saluator prohibet in Euangelio: Si diligitis me, inquit, mandata mea seruate, & ego rogabo Patrem, & alium paracletum mittet uobis: Alium dicit Paracletũ, ut me: Et iterum: hoc locutus sum uobis, paracletus autem Spiritus sanctus, quam mittet Pater in nomine meo (id est, in uirtute mea, & per me) ipse docebit uos omnia. Palam est igitur ex his quæ dicta sunt, quod Filius & Spiritus aliquid præter Patrem commune habent: hoc est paracletum esse:

se: ex Patre existens, quod nullum creatorũ habere potest: manifestare Paternum nomẽ hominibus ac uoluntatem, utpote illi, qui eam bene nouerunt & perfectè, quod nulli contigit creaturarum. quare non sit inconueniens, si Filius una caussa, unumq; cum Patre est principium Spiritussancti.

CAP. XIX.

SED magnoperè obseruandum, quod principium siue caussa, ut ex superioribus liquet, cum referuntur ad Spiritum, nec Patri tantũ, nec Filio tantum conuenire singulariter piè intelligũtur. Ambobus enim sine metu dilapsus fidei stabilibus uestigijs, propriè attribuuntur. Verum cum Deus de Deo, lumẽ de lumine, principium de Principio dicitur, Filius in singulis clausulis intelligitur, quemadmodum cum dicitur ingenitus principium est Filij, siue causa: utrobiq; Pater concipitur. Nihil enim ut puto refert dicere ingenitus est principium siue caussa geniti, & ingenitus esse præstat genito, & Pater est principium Filij, & Pater est existentiæ caussa Verbo. In talibus quippè locutionibus principium siue causa circumscripta, qualibet alia proprietate, de Patre solo intelligentiam faciunt. Propterea secundum Dialeg Aticorum

ticorum regulam, eorum quæ simul sunt natura, neutrum alteri causa est ut sit. Non enim pater, sed res quæ pater est filio ut sit, causa est: Similiter autem neq; Filius sed res quæ Filius est, Patri causa est ut sit. Pater namq; tunc fit cum filius fuerit. Aiunt ergo: cum Pater Filio tempore prior non sit, causa uerò cuiuslibet rei prior est actu uel potestate illo cuius causa existit, manifestum satis est, quod neutrum neutri causam existentiæ præstet. Quæ sententia de primo Patre ac superno non est particeps ueritatis. est enim Pater causa Filij: sed non quod Pater est simpliciter, uidetur causa esse Filij existentiæ: Nempe cum Dominus ingenitum principium geniti, & genitorem esse causam uerbi, non substantia quæ Pater est simpliciter, sed Pater nidetur in singulis intelligi. Eodem quoq; modo cum dicitur Deus de Deo, lumem de lumine, principium de principio, non substantia quæ Filius est, sed Filius simpliciter cõcipitur, ex singulorum prolatione nominatiuorum, tamquam in qualibet clausula hoc exprimatur: Filius de Patre existit, & Deus quidem de Deo, lumen de lumine à sanctis patribus conscribitur: principiũ autem de principio. Secũdum quam rationem causa rectissimè pronuntiatur, in eiusdem Filij natiui

tate

tatis Sermone, uidelicet: CHRISTVS naſcitur gloriamini: Magnus in Theologia Gregorius, dogmati Latinorum prohibens teſtimonium, his uerbis depromit dicens: Erat Dei uerbum ante ſecula inuiſibile, incompræhenſibile, incorporeum, ex principio principium, ex lumine lumem, fons uite ac immortalitatis: Quod certè uerbum, ſi cauſſa paracleti principiumq; minimè ſit, uanè ipſum ſolum de principio nuncupatur principium. Nimirum Spiritus, & de Deo Deus eſt, & de lumine lumen, & de principio cum Patre ac eodem Verbo creaturæ omnis principium atq; cauſſa exiſtit. Verũ Deus Dei. cauſſa cauſſæ, lumen luminis, ſiue principium principij, Diuinæ conſuetudo ſcripturæ haud multum utitur. Ergo Pater ſolus cauſſa ſiue principium eſt Filij, quoniam ſolus generat & unigenitum Dei uerbum, ob id ſolius Patris dicitur: quod ſolum ab illo generetur. Sanctus ucrò Spiritus neutrius tantum dicitur: ſed amborum pariter. Ex quo rurſus apparet Deum Patrem, & Filium exiſtentiæ cauſſam præſtare Sancto Spiritui, nec Paternum impediri proprium, ſi Filius cumgenitore ſuo Spiritum ut mittit, emittat.

CAP. XX.

Calmo pro scalmo

IGITVR nullus strideat erroribus diuulsus, nullus stygio calmo patientis lapsum fidei uectetur irremeabilis ad tartarum, nullus totius aspectum ueri Solis excludat à se, nullus distorto libramento ueritati obiectus, dictarum orationum peruertat interpretationem: sed altius menti habeat infixum, quod præses simplicitatis Deus cũ sit, ab emissone Spiritus, unigenitum Filium suum, quamuis nullius egeat, & nulla umquam re inferior esse posit, excludit. Et quoniam soluendis adhuc omnib9 multa supersunt, et LEONIS dilecti fratris, qui est ingenij mei acumen, huiusq; suscepti laboris incentiuum, calamus, tum quod Imperialium uacet Epistolarum interpretationibus, tũ quod nuper per Hellespontum in Asiaticam trãs fretauit plagam, cum Augustissimo Principe EMMANVELE, solitum scribendi obsequium continuare nequeat, hic respirando, cogor modicum interstringere.

HVGONIS ETTERIANI DE HAERESIBVS A GRAECIS LATINIS IMPVTATIS, LIBRI PRIMI FINIS.

IN LIBRVM DE HAE RESIBVS QVAS IN LATINOS Græci deuoluunt, Secundū, HVGONIS ETTERIANI *Præfatio.*

REDITVS tuus, germane mi LEO TVSCE, illidentiū cor æstuum, anhelos exhausit fomites: & æternarum personarum indagandæ studiū propaginis, admodum confortauit. Nam cum animi tui honestate incoēti prudentia æditæ cōprobat, & quasi liquore perfusa cœlesti, securitatem habere spectandi aliena certamina uaticinatur, plurimum germane opitulatur sollicitudini Cum uerō astruit nihil uerendum esse ulterius grauissimorum iudicium examen, si quod de magnis, excellētibus, maiestate præclaris, & optimis per naturam rebus cōcepi, edisseram. Leue reddit onus inexplicabile uisum, summi principatus eminētiaq; dignitatis. Qua de re mentis acies noctu interdiuq; post tuum discessum, tamquā ue perculis pungerer, coartata, latitudinem aēriam de inanimata cogitatione peruagari Percule

ſuſpicatur,& aliquid attingere Lyrice dulcedinis. Quod futurum eſſe haud ambigo, ſi cõmoditate intelligendi, prætermiſſis diuite uena eloquij,ampullis eloquentię,multiplicibusq; figuris, quas luculenta exigere oratio ſolet,conceptum ſermonem, quo ad licet,explicare coner abſolutis rationibus. Nempè difficiles ſunt aditus,& multa ſunt oſtia,quæ recipiendum tum excludũt,tum difficulter ſe aperiunt, uix pulſanti facientia intentioni locum. Idcirco cum in talibus ſuam exerceat inuidiam fortuna, millia uectium ante quamlibet ſit introitus, probabilium neceſſariorũq; argumentorum numero, locupletè perfringenda ſunt. Quis haud mediocriter animus irritatus,ad mulctrã uenire perquirit, ac perpenſius indagare, qui ſanguinem, qui lactis dulcedinem inſtillent. Cuius propoſiti executionisq;,ut neq; nos,neq; alios pœniteat,unctione non luctantium in paleſtra opus eſt, ſed lętitiæ oleo,inſpiratione,ſcilicet, Dei ac aſpiratione,qui Machinam hanc omnem,& ſeptorum flammantium coruſcantes globos regit,luminisq; inmenſi uniuerſam continet ætheream charitatem. Hũc igitur ſupręmum rerum conditorem inuoco ut occurrat eſurienti cum panibus,& operis incepti cumula-

tam

tam completionem largiatur. Namq; sine illo spes obtinende finis expers est, imeptus dicendi cassus, inutilis utilitas, erroríq; pernitiosus. Profectò non est humani consilij, tantarum rerum inuestigatio, indefessę uitæ opera redundans, & laudabilis speculabūdę tuę sollertiæ Frater instantia. Verum eodem Spiritu afflatus, de quo sermo instituitur, ut Ethnei Cylopes chaliben inceptum urges, & grandioribus & sonantioribus uerbis septemplicis fistulę, attribuis peritiam: tamquàm Philosophiæ illius thesaurū in Fratre repereris. Cū igitur uestibuli pariter formidolose disputationis, eiusdemq; consumatorijs te desiderātissimum intuear, longos anfractus grauitate delectos, circumscribere tēptabo: & inter Cetrina seu Cypressina laquearia, dirigam cursum inceptę orationis. Quo in proposito multum præstat fiduciæ illud Euangelij: Vbi fuit corpus, illic congregabuntur & aquile, aliorumq; alitum grex, talis corporis carne uescē tium. Etenim ubi ueritas est Christianę fidei, Sanctorum exuberant testimonia: & unguētum scilicet, Spiritus sanctus, diluendo tenebras mēdarij, descendit in Barbam Aarō, hoc est, in eos qui eiusmodi ueritatem colunt, uomereq; rectitudinis insulcant. Cæterum tales nūquam contradictio, ceu nec procellę Ocea-

num derelinquit, eo, quod natalis soli cõsuetudo pertinax existat, nec exui ualeat de facili patritus amictus. Tu quidem satis ad unguem nosti, qualiter aduersariorum agmen, instituto sermoni obuiaturum sit: qui certè si fuerit incastigatus, ut uitis imputata, iocunditate fructuũ ac suauitate priuabitur: astuta enim hominum natio, quæ absq; amaritudine fellis esse nequit, minimè quatienda stabilitate antiquitatis spreta, intempestiuos plerumq; sermones magis uanitate, quam ueritate amplectitur. Nimirum ab eadem flamma quædam aduruntur, alia uix calefiunt, et quædam dealbantur, uelut argentum, alia denigrescunt, ut æs. Ad hoc circunspectissima diuini sermonis cautela, nihil sui uiolatum iri patitur, quæ necessitatem incommodi extra posita, inferre prohibet cum celeritate pedem in rem difficillimam. Ea namq; siue cominus siue eminus cernatur, inopinatis recessibus arcet enodare cupientem, tamquam molestũ interpellatorem, aucupantem intelligentiam candoris splendidissimi. Postremò non uidetur debilis refellenda calumnia, domestica excitatio, sollicitudo Græcorum cottidiana, uelamine forsitan obtecta, adeo firmarum argumentationum, ut æra nostri cõmunis perfugij, ab inferentibus liquæfieri putentur.

Græcia astuta

Simile

Propte-

Propterea contentionibus flagrãt acerrimis, animo nocendi, ut accipiter, magis armati quam unguibus. Hinc ut extimo usq; in præsens factũ est, quod eorum insimulatio, nullis depugnationibus lenita sit, immo latius sit diffusum opinione malum: adeò, ut Catholice fidei, germaneq; iustitiæ regulam uiolarit. Quo circa quantò maius discrimen est, tantò inuigilandum acrius, in hoc quem flagitas sermone, eodem priori genere argumẽtandi futuro, defiderãte hoc materia. Et quoniam calamus nisi scribæ manu moueatur, ipse naturaliter nihil gerit, age mi Frater, dimidia mei pars, sicut iam data chartis indidisti laudastiq;, duce Deo aggredere dicenda: Consequentia enim mutuo antecedentia complectentur, & publice utilitatis exploranda, præmium sensuum firmitati, magis quam nitori uerborum accommodabuntur.

DE HAERESIBVS QVAS GRAECI IN LATINOS deuoluunt, Siue, QVOD SPIRITVS SANCTVS ex utroque PATRE, SCILICET, ET FILIO procedat, cõtra Græcos, HVGONIS ETTERIANI Liber Secundus.

CAP. I.

DE Patre Deo, et ex eius substantia Filio, ac Spiritu prodeuntibus differenter, cum unica inter Christianos confessio esse deberet (pro dolor) uaria, ut de mundi genitura inter Philosophos, uersatur opinio. Quorum hij quidem hunc mundum æternum esse asserebant, atq; ingenitum, dicentes. Hunc mundum, neq; quis Deorum neq; hominũ fecit, sed erat semper. Quidam uerò genitum esse aiebant, pro eo solum, quod sensilis sit, non quod ab aliquo tempore incœperit. Nam sic genita necessariò anteit tempus, cũ sub aliquo tempore sortita

Varię opiniones de mũdo.

1

2

tita sunt existentiam, ut Aristoteles dicit: qui sane ingenitum secundum hoc dicit mundũ, quod ipsum non processerit tempus: Genitum uerò rursus, ut quod suam existentiam à Diuina causa susceperit: sicut idem in Libro de Cœlo ait: Cœlum quidem mouet quod non mouetur, neq; sit melius illo existens: Et rursus in Metaphysicis circa principiũ: Deus quidem uidetur causarum omnibus esse principium aliquod. Impossibile est enim, primæ causæ generationem esse: nam ut quilibet effectus à caussa efficiẽte aliqua fit, sic & omne quod gignitur, ab aliquo gignente gignitur. Quare secundum Aristotelem: Deus prima caussa est omnium inuisibilium atq; uisibilium, hic Deus unum simplex est, quo simplicius excogitari nequeat: Cuius omnia participant, & quod ipso non participat nihil est, participatur quidem Deus non sensibiliter, nec obtentus loco ab hijs qui participãt, sed absq; habitudine totus in participatione singulorũ existit, et totus excipitur ab omnibus, quod per Simile quidam Sanctorum demonstrauerũt dicentes: Sicut grandis & acutæ uocis, qui præsentes sunt uniuersi secundum propriam uirtutem, iuuenes, pueri, fœmineus sexus, senes quoq; irrationabilia etiã participãt, uox tamen quæ ab his participi-

Deus prima causa omnium

Simile

ticipata est, in se ipsa perseuerat imparticipabilis: ita Deus secundum substantiam, nec participatur nec cognoscitur: Verum dicitur participari, in eo, quod ex ipso ut ex efficiente causa, sunt omnia, et in ipso continentur omnia, in eo quod sunt ut Magnus prohibet Dionysius. Ab uno quoq;, inquit, Deus, & à nullo in parte aliqua, ueluti centrum in medio circuli, ab omnibus, circulo lineis circũiacentibus participatur, ut sicut sigilli alicuius singulare, insignitiones prototypo participant sigillo, penes unam quamq; insignitionum toto & eodem, sed in nulla secundum aliquam partem existente. Igitur Deus licet à pluribus participetur, unus est: non ut numerorum principium. sed ut ab omnibus exceptus, nihilq; post se habens quod ei communicetur. Vnde hoc seculũ, quod dum fit esse habet à Diuina causa existentiam suscipiens, ne quaquam à se persistit, neq; propriè unum est, cũ diuisibile sit, & parti partẽ subijciat: atqui quod propriè indiuisibile est, indistans, & se totum sui toti coaptari necesse est: quod per se uerè existit, principiumq; non habet: diuisibile autem quodlibet distantiam habet, & extrinsecus esse contrahit. Cæterum solus Deus cum nihil extrinsecus habeat, uerè indiuisibilis, & unus est, sicut ipse Moy

sem

sem instruit: Ego enim, inquit, sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: & præcipiendo non diuidere cultum ait. Non erunt tibi Dij præter me alij: deinde planè quod nihil ei eorum quæ possunt uideri conueniat, ostendit dicens: Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem eorum, quæ sunt in cœlo desuper, et quæ sunt in terra deorsum, & quæ in aquis subiter terram: uocem audisti, formam non uidisti. Nullam figurā operaberis, quia dominus Deus tuus unus est, diuisibilis non est, nec extrinsecus esse habet, indiuisibiliter diuisibilia, sine tempore quæ sunt in tempore, ac permutabilia sine permutatione cognoscit. Et quamquam indiuisibilis sit Deus, ut ostensum est, diuidere tamen in Trinitatem quæ indissolubilis est, & inscißilis, neque partibus compacta est, neque in substantiuo est, ut actu, uel potestate substantiuum deserens: non existēdo dispareat, sed est sempiterna æternitas, collectum esse habens simul omne nequaquam effusa uel explicita, ob temporis productionem: hæc quidē Trinitas omnia simul continet, omnia simul prouidet, omnia simul & sola mensurat, à nullo mensurata. Namq; tempus particulariter mensurat quæ temporalia sunt. Ea uerò simul omnia quasi mensura-

tis

tis coaptetur rebus mensurat: differt certè ab his quæ fiũt prorsus, atq; ab omnibus quæ futura sunt cum neq; fuit, neq; erit, sed cũ proprium eius sit, tota simul præsens est, et non hoc quidem eius subsistit, hoc uerò iam subsistet, & nondum est. Infinita est, & non habet prius & posterius, sine materia est, & supra omnem simplicitatem, supra omnem terminum, supra omnem intellectum, & supra uniuersæ rationalis creaturæ comprehensionem existit: sicut Magnus scribit Dionysius. Non ut mentem, inquit, uel substantiam laudare licitũ est, Thearchicam supersistentiam, quæ omnium essentium suprema est, ut ante omnia existens, & omnia continens in se, ab omnibus ut super substantialis excepta super bona, sursum initiale principium, adeò ut nihil eorum, quæ de ipsa dicentur propriè dici queat. Ex quo ut arbitror fit, quod in eius diuisione peccatur à pluribus, de quibus uerendum est, ne odore mortificentur uitæ, dum asserere conãtur, optimo, uelut Eritius, unguẽto suffocati, quod nullo modo diuina scriptura peperit. Quorũ unus est Nicetas Bizantius Philosophus, qui aduersus proximum uana confingendo, suas in hunc modum complicat argumentationes.

Cap.

CAP. II.

SI spiritus, inquit, procedit ex Filio sicut ex Patre, aut secundum eandem processionem, aut secundum differentem: si differens, aut potior paterna erit aut deterior: Quod si potior, erit prorsus Patre Filius melior. Nam quorum secundum naturam emissio potior, omnino & ipsa meliora sunt. Quod si peior, erit Spiritus seipso deterior, & potior, eo quod differenti processione habeat existentiam: sed & Filius minimè consubstantialis Deo Patri que: Nempe, quorum secundum naturam emissiones deterius habent, horũ & naturæ deteriores sunt. Quod si equalis eadem erit paternæ, si eadem: quæro utrum actu compleat existentiam Spiritus? an non? Si non complet? Frustra est: nihil autem circa Deum frustra. Si opere complet? Imperfecta est ex Patre emissio, quamobrem ipsamq; assumit. Si perfecta est paterna Spiritus emissio, quomodo enim non, cum perfectam existẽtiam Spiritui sufficiat? Superhabundat rursus quæ ex Filio? nihil præstat enim circa Spiritum cõpletionis, eo quod illa quæ ex Filio eadem paternæ sit, etiam propter existentiæ Spiritus simplicitatem. Quid huic respondebo?

debo? cum fiducia confiteor, quod æqualis: magis autem eadem. Quæstio uerò quæ sequitur, Vtrũ actu compleat existentiam Spiritus an non? duorũ mihi facit indiciũ: tum quod indigẽs sit ea quæ ex Patre, quod nullo modo dandum est: tum quod plena sit emissio Spiritus, ut ex Patre illa quæ est ex Filio, quod pium est confiteri. Quo circa si nõ complet: ergo frustra non consequitur. Quam enim potest habere consequentiam, si paterna emissio indiga nõ est, frustra eam esse quæ ex Filio? Neque hoc rursus colligitur: si confert, id est, actu complet, imperfecta est Patris emissio. Non enim ex parte Pater siue Filius Spiritum, sed ex toto & perfectè uterq; pariter emittit: Solus enim Filius existit de Patre absq; medio, ideoq; perfectè Spiritum emittit sicut Pater: qui existens in Patre, non aliunde habet ut sit Filius, & Pater in ipso est: quia nihil habet ei dissimile. Imago quippè Patris est Filius, & in ipso tamquam in imagine paterna cognoscitur: Signaculum existit uerum Dei Verbum in se repræsentando Patrem: propterea Spiritum perfectè ut ipse Pater emittit. Numquid non dicimus Deum Patrem perfectum & perfectè eodemq; modo Filium? at tamen neuter indiguus est. Ad hec autem quæri similiter potest pau-

paucis quibusdam adiectis. Saluator in Euangelio loquitur: Nemo cognoscit quis est Filius, nisi Pater, & quis est Pater nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare, & hoc merito, quod eiusdem sum, in quit, cum eo naturæ ac consubstantia, & sicut illũ nullus nouit, sic neque me nisi Pater solus, & hoc maius omnibus est, quod habeo nosse Patrem, & eiusdem cũ eo substãtiæ ac naturæ cõsistere. Quare Filius nouit Patrem & Pater Filium? Reuelat se utiq; Pater, reuelat se & Filius, Pater quidem se reuelat ut Saluator Petro respondens perhibet. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis: Reuelauit quoq; & Filius Patrẽ & se ipsum, non tamẽ sicut ipse se ipsum nouit, sed quantũ nosse potest qui dignus existit reuelatione. Nam Iezechiel à lũbis sursum in electri specie apparuit: Danieli uerò antiquus dierum: uelatus autem à Seraphin, Esaiæ: Patrem etiam ipse similiter reuelat: Ego enim, inquit, in Patre & Pater in me, & qui uidet me, uidet & patrẽ. uterq; igitur Pater & Filius Petro reuelauit, Age itaq;, eadẽ uel diuersa reuelatione, omnimodo eandem confiteri oportet. Quod si eadem, quærendum est, Vtrum actu compleat Petri cognitionem Filij reuelatio, an non? Si

Ezech. 8
Daniel. 7

Esa. 6

actu & opere compleat. frustra est Filij reuelatio, sed Deus nihil in uanum facit: si actu & opere cõplet, paterna erit imperfecta reuelatio, atq; propterea illam assumit: Si uerò perfecta Patris reuelatio est, superhabundat rursus Filij, hoc quoniã non prouenit manifestum, cum neq; defectus, neq; separatio siue diuisio in Diuinis apparere uel esse possit personis. Igitur equaliter reuelant, at non quantum ipsi sciunt, sed quantum hij quibus fit reuelatio capere quæunt. Pater quidem & Filius nõ per reuelationem se uicißim: sed per naturam cognoscunt. Creaturæ uerò rationales, gratia cognitionem accipiunt, atq; reuelationem. Tollendo enim superiacẽs cordi nostro uelamen, se ipsum nobis uterq; reuelat, in Patre. Nullus quippe diuinã Trinitatem, eo, quod ultra omnem intelligentiam sit reposita cognoscit, ideoq; sola à se sola cognoscitur: sicut Euangelista dicendo præcinit: Deum nemo uidit umquam. Certè nisi eandem Deo scientiam quis habeat, quod nulli contigit, nec futurũ est, uerò ipse se ipsum nouit: eum noße non est possibile, quod ex hoc manifestum eße potest. Omnis scientia, aut sensu, aut intellectu, autem similitudine, seu imaginatione rerum ueritatis compræhensionem amplectitur. Item: Quinq; sunt ex quibus

Scientia a quibus rebus.

anima

anima cognitionem recipit: Ars, Prudentia, Disciplina, Sapientia, & Mens: sed per nullum horum quis perfectam de Deo cognitionem potest accipere: eoq; magis, quod neq; in Deo, neq; circa Deum sit accidens: quantò enim pauciora in aliquo fuerint accidentia, tantò id cognitu difficilius est, et ampliore opus habet diligentia. Cũ igitur in Deo nullum sit accidens, & simile simili cognoscatur, eius non potest cognosci substãtia. Item: Nulla scientia infinitorum est, nam nisi scibile scientia compræhendat, ipsum nequaquam cognoscit. Deus autem infinitus est, propterea nullo supra dictorum modorum compræhendi potest: qui omnem similitudinem corporum incorporaliumq;, sua puritate transcendit, credi potest, compræhendi omnino non potest: sola ei mente propinquatur, & fide, sine qua, neq; mens uidere potest quæ intelligibilia sunt. Non enim quales facturæ, ut dicit Parmenides talis & factor: neque quantus ille, tantæ sunt hęæ. Igitur cum pariter reuoluetur, seq; per naturam cognoscant, & æqualiter ac perfectæ Spiritũ emittant Pater Filiusq;, manifestum quod ex neutro imperfecta, seu indiga, uel sursum habundans emissio est.

Ars
Prudentia
Disciplina
Sapientia
Mens

Parmenides

CAP. III.

SED unde sermo ad idem regrediatur, rursus Methone Antistes, Parologismos texit ordiendo: Etenim neq; simpliciter, neq; ad respondentem in hunc modum sillogyzat. Si cum Patre qui est sine initio et caussa, consubstãtiale, rursus principium existit Filius: duo sunt in Trinitate diuersa principia: hoc quidem in eo, quod sine principio est, principatuq; dignitatis consolidatũ: hoc uerò, in eo, quod intercidens & initians simul & initiatum habitudinumq; differẽtia coniugum sit.

Huic obiectioni multa ex aduerso responderi possũt: ut ex hijs quæ in primo Libro posita sunt, euidens est. Nam si Pater & Filius non simpliciter duo dicentur, sed secundum quid, nec alter ab altero separatur, multò minus duo principia, siue due caussæ, eo, quod alteruter causßa sit, sanctiq; Spiritus Principium prædicabuntur. Numquid Verbum Dei Patris Deus cum ex Deo? & Deus quidem genitus ex Deo ingenito, at tamen nõ duo Dij genitus & ingenitus, sed unus & idem Deus: sic igitur unum principium, unaq; causßa Spiritus ßancti, qui est sine initio Pater & Filius: qui principium & caput dicitur: ut Hylarius dicit:

Caput

Caput enim omniũ Filius est, sed caput Filij, Deus est. Duo sanè ubi similia numerandi nomina, rerũ aliquam pluralitatem ostendere uolunt, etsi earũ existendi rationem taceant: Nam neq; continuitatem, neq; discretionem, neq; diuidendorum aperiunt differentiam, aliquam tantummodo manifestã tia uarietatem, quæ nulla inter Patrem & Filium, ex eo, quod Spiritui esse præstãt reperitur: Vnum una caussa est Spiritus uterq;. Præbendæ quoque sunt aures & Theologo Gregorio, de eo qui sine initio, de eo qui principium, et de eo qui cum principio, Philosophanti hoc modo. Qui sine initio, qui principium, qui cum principio unus Deus: Neque sine initio esse, natura est non habentis initium, siue ingenitum: Nulla enim natura, quia nõ est hoc, aliquid, sed quoniam hoc, rei existentis est positio, non illius quæ non est existit interitus, neque principium. In eo, quod principium sit, ab eo qui sine initio diuiditur. Nõ enim natura illi principium, sicut neq; illi quæ sine initio. Nam circa naturam hæc, sed non sunt hæc natura. Vt qui est cum non habente principium, & cum principio, non est aliud quam illa. Nomen autem illi q ui sine initio Pater: illi uerò qui principium Filius. Ei autem qui cum principio Spiritussanctus. Natura

Ingenitum nõ esse q Deum

Principium non esse naturam sed caussam circa naturam.

quidem tribus una Deus, concordia uerò Pater,
ex quo, & ad quem referuntur quæ ex ordine, nõ
ut collidantur, sed ut iungantur. Ecce absolutè
Sanctus iste uir, Filium uocat principium: et ab ip
so Spiritum sanctum numerat, quia principiũ Spi-
ritus immediate Filius est. Creaturarum quippè o-
mnium æqualiter tres personæ principium exi-
stũt: ex quo patet, quod Spirituß ancti principium
Filius est. Verum tamen ad Patrem, & quæ Filij
& quæ Spiritus sunt referuntur: qui solus sine ini
tio & sine cauſſa est: Filius autem ex Patre geni-
tus, principium est Spirituß ancti, quod Sillogyſ-
mo qui supponitur, demonstrari potest. Quicquid
est in sancta Trinitate principium, alicuius in ea
principium existit: alioquin solum p o nihilo Fi
lium Sanctus uir principium nominaßet, cum om-
nium conditorum tres personæ pariter censean-
tur principium: At uerò Filius est in Sancta Trini-
tate principiũ: Filius, igitur, alicuius est in ea prin
cipium: sed non est Patris principium Filius: neces
se igitur ut Spirituß ancti principium existat. Ma-
nifeßum ergo ex his quæ dicta sunt, quod princi-
pium personas non dividit, cum Pater & princi-
pium, & ἀναρχ& in scriptura nominetur, Filius
uerò licet non dicatur ἀναρχ&, ex Patre enim,

prin-

principium tamen nuncupatur, perfectus ex perfecto Patre, non sicut ex diluculo dies fit: quia non ex imperfecto perfectus, quippè quæ adesse condu cuntur ab imperfectione ueniunt, talis est natura rerum ut cum ordine progrediatur, dato à prouidentia. At ille qui diuinis personis ordo inspicitur natura indicibilis, & ineffabilis quanquam sit, hoc tamen piè sentientibus de Trinitate innuit patenter, ut quod primum dicitur, caussa illius sit, quod ab ipso nuuciatur uicinius: ut Pater quidem, qui sine imitio caussaq; proximus uerò huic absque medio Filius, qui absq; omni dubitatione, secũdum dictam rationem, principium Spiritus existit. Nõ enim sui ipsius caussa Spiritus est, qui Spiritus, quamuis per se repleat, quæ illum habent in se singularia, non tamen ex se prouent. Si enim se ipsum emitteret, antequam emitteretur, esset, & se ipsum cũ nõ esset emitteret: Quare aut in irritũ cedit qui dictus est ordo, aut est necesse Filiũ Spiritus caussã pertraditã annumerationẽ intelligi, ex quo patet, quod falsus est qui dicit: Omne quod de Zoarchica et omni conditrice Trinitate prædicatur, aut cõmuniter de tribus personis, codemq; modo, & uniuocè dictum reperitur: aut de una singulariter: Nam missio Spiritus cum sit ex Patre &

Ordine creaturę progredi untur.

Filio, pariter, neq; triũ cõmunis est, neq; singulari ter unius: At Nicomediæ Præsul, è regione talia diffundens nititur: Quicquid Deus est, hoc propriè est: neq; intercidit suboppositũ: ut Pater propriè, quia non est Filius, et Filius propriè, quia nõ est Pater: Nã natura nõ propria, quoniã ambo his igitur sic se habẽtibus, cũ ex causßa, Patre scilicet, Filius sit, causßa ipse nõ existit. Nã idẽ causßã, & ex causßa eße, penes naturam quæ sectionẽ non suscipit, immachinabile, sicut ratio demonstrauit. Dico quia non est syllogismus, nec ex eo aliquod Latinorum dogma suscipit inconueniens: cum circa Hypostaticas personales q; proprietates tantum hoc ueritatem contingat: At Principium causßatiuumq; talium non sunt. Igitur neq; de his uera est propositio, quæ dicit: Quicquid Deus est, hoc propriè existit: Nequaquam enim sub hac principium & ex causßa esse compræhenduntur, quod quidem Nysse Gregorius in tertia Homelia Pater noster, manifestum facit dicendo. Proprium Patris non ex causßa eße, hoc autem non est proprium in Filio, siue Spiritu: Nam Filius à Patre exiuit, sicut dicit scriptura: & Spiritus ex Deo & Patre procedit: Sed quemadmodũ sine causßa eße solius Patris est, & Filio Spiritui ue conuenire non potest, sic uersa

ſa uice, ex cauſsa eſſe, quod eſt proprium Filij atq; Spiritus, in Patre perſpici naturam non habet: cũ ſit commune Filio, & Spiritui, & infra: Filius autem cum ex Deo ſit, non eſt Spiritus, neq; dicitur: quia non conuertitur habitudinalis hæc conſecutio, ut poſsit æquipollenter per reſolutionem oratio conuerti, ut ſicut CHRISTI Spiritum dicimus: ita & Spiritus CHRISTVM nominemus, Hac proprietate manifeſtè ac ſine confuſione alterum dijudicante ab altero, Ecce purus puro, bonus bono, & rectus innititur recto dogmati. Quicunq; igitur aſtruere audet non eſſe proprium Filij & Spiritus ex cauſsa eſſe, ſimiliter autẽ et Spiritum non eſſe Filij, quemadmodum et Patris multum manifeſtè hunc Virum increpat. Hinc utique manifeſtum eſſe poteſt etiam quod cauſsam eſſe nõ ſit Patris proprium: eo quod nec ex cauſsa eſſe ſit Filij proprium, ut oſtenſum eſt: Nam ſi eius, quod ad aliquid, non eſt proprium ad aliquid: nec eius quod ad aliquid, proprium ad aliquid: ueluti duplum quidem dicitur ad dimidium, excedens uerò ad exceſsum, non eſt autem dupli proprium excedens, nec ſit dimidij proprium exceſsum. Similiter autem quoniam dicitur Pater ad Filium, & cauſsa ad cauſsatiuum. Non eſt autem proprium

Filij ex causa esse, cum spiritui cõueniat: nec causam esse sit Patris proprium. Et quoniam Spiritus Filij est & Patris, quidam quasi concordiam ipsum uocauerunt utriusq;: aliqui uerò asserunt, quod animarum nostrarum causa concordia dicatur, quas concordes facit, & in unum conuenire: Quamdiu enim Spiritus adest, inquiunt, neque quantum acus scissura connexio scindetur, propterea Spiritus datus est, ut gentes quæ lingua diuiduntur, coniungeret, cuius æqua diligentia est, ut animæ corpus consentiat simplici & uniformi.

Spiritus concordiam procurat.

At uerò Methone Præsul ante dictis rationibus ex aduerso inclamans non traducitur: Si Pater, inquit, eorum causa est, qui ex ipso sunt, secundum quod maior non ratione naturæ, sed ratione personæ: ratio autem paternæ personæ non conuenit Filio, qua sit ratione unius in Trinitate scilicet Spiritus causa, Filius naturæ: Itaq; natura maior est, & πνευμα τομαχικα manifesta: at ratione personæ: ergo coaptabitur rationi personæ Patris, quo Filius, à Sabellio, qui eum prodigialiter Patrem asserebat infamatus est, nulla ratione Spiritus causa Filius existit: Nam si eadem ratione, causa personæ Spiritus extat Filius, qua & Pater eorũ qui ex ipso sunt causa est, duo hæc secundum idem accidunt

cidunt in conuenientia: Patrem quidem dicere Filium paternæ Hypostaseos, cum hic quidē duorū, hic uerò unius eorum causſa exiſtat: et quod actu compleat Patris perſonam, quaſi ante completionem imminutam, ſed neq; hoc abſq; improbatione, dimittendum eſt.

CAP. IIII.

DICO itaq; inſufficientem eſſe factam diuiſionem, quæ Spiritum ex Filio, aut ratione naturæ, aut ratione perſonæ prouenire ſignificat. Eandem quip̄e cum habeant naturam, nō eſt alter ex altero ſecundum ſubſtantiam: Natura enim ſe ipſam quomodo pariat? Similiter autem neque ſecundum perſonæ rationem: Quemadmodū enim pater, non in eo, quod Pater emittit, ita et Filius nō in eo, quod Filius, cauſſa principiumq; Spiritus. Quapropter ex natura quidem Patris & Filij, & ex perſona quæ eſt Pater, & quæ eſt Filius, nequaquam uerò in eo, quod hic quidē Pater, hic uerò filius exiſtit: ſed in eo, quod ei exiſtentiam præſtant, Spiritus eſſe habet: neq; ſunt duo principia, cum ſecundum ſpiritus emiſſionem numerum non ſuſcipiant: Numerus enim, non unius, neq; eiuſdem penitus, ſed habentis aliud & aliud, unde cū de Pa-

de Patre et Filio, quot sint Personæ quæritur: duæ respondetur: Cum uerò de indicibili, ac ineffabili cauſsa Spirituſsancti exquiritur diligenter, non duæ Spiritus cauſsæ Pater et Filius, ſed una, ſecundum dictum concordiæ modum nuncupantur: propterea nec uoce ſignificatiua differentium principiorum cauſsarum ue Sancti Spiritus utendum eſt: Si enim Dei & hominis Filius, una perſona eſt, & Diuina humanáque natura unus CHRISTVS. Non debet inopinabile duas perſonas unam Spirituſsancti cauſsam eſse uideri. Ecce enim apud Grammaticos ſignificare ſubſtantiã & qualitatem una cauſsa, unáq; ſignificatio nominis exiſtit, ſecundum quorum opinionem, omne ferè nomen ſubſtãtiam & qualitatem ſignificat: ſed neq; quod hæc ſignificat, duo ſignificare, uel aliquod nomen æquiuocum dicitur, uel ſubſtantia & qualitas, quæ una ſignificatio exiſtunt nominis cõfunduntur. Manifeſtum igitur quod filius Patris perſonam ut patientem defectum, aliquam non adimplet: neq; quiſpiam ipſum Filium partẽ eſſe perſonæ Patris, eo, quod Spiritus ex ipſo procedat, dicere cogitur. Quomodo enim ſi Filius eadẽ ratione connumeratur Patri: qua Spiritus, utriq; perſonæ Patris portio inueniatur, Filius? Sanè ſi nata

Loth

Loth eadem ratione cauſſa eſt Filij qua parens, utriuſq; cauſa exiſtit, minimè ipſa in Paternæ compoſitionem perſonæ adigitur. Amplius: Si Spiritus nullam habitudinem ad Filium haberet, neq; ab ipſo mitteretur, neq; per eundem ex Patre procederet: quin etiam non eſſet trium perſonarum una Diuinæ communicans proprietati, ſed poſt ipſum exiſteret: & eius eſſet factura ut dicebat Eunomius. Quare habet Spiritus ad Filium habitudinem, quemadmodũ ad Patrem pariter differens ab utroque. Tres quippè diuinæ perſonæ nullo quidem ſecundum naturam modo differunt: ſecundum uerò perſonales proprietates non modo differunt, uerũ etiam conueniunt. Igitur Filius ſicut Pater, Spiritum dat et mittit, et emittit. Ex ipſo enim Filio exuberat nobis Spiritus, ſicut idem ipſe teſtatur: Si quis ſitit ueniat ad me, & bibat, qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent, aquæ uiue: quod Euangeliſta interpretatur dum ſubiungit: hæc autem dicebat de Spiritu quam accepturi erant credentes in eum: aqua uiua Spiritus dicitur, eiusq; gratia: eo quod in actu ſit, qui ſi idoneum inueniat habitaculum, non derelinquit, nec euacuatur, cuius gratia præter ipſum de credentium uentre non emanat. Sic enim diſcipulorũ

flammantia

flammantia corda repleuit à CRISTO missus & datus. Ex quod manifestũ est, quod plus ipsis: et aliter Apostolis, similiter nobis passibilibus existentibus, Spiritum habuit: qui quamuis grandia in uirtute faciente & Spiritum sanctum per orationem & sæpe absq; oratione, solo Domini nomine inuocato, credentibus darent, nihil à se ipsis operati sunt in rebus huiusce modi, sed Filius sua uirtute, & ex se Spiritum dat, quare ex Filio procedit Spiritus. Sed Nicetas in sententiam hanc disputat, huiusmodi utens prolixis argumentationibus.

CAP. V.

OMNIS imago, inquit, dispare habet circumferentiam, ad illum, cuius imago esse dicitur, præter illam quæ naturaliter dicta est. Cũ autem homo imago Dei, & ad imaginem Dei conditus, hic cum duplex sit duplicem ad Zoarchicam Trinitatem ex propositione similitudinẽ refert: uno quidem modo, quoniam primus homo ingenitus est: plasma enim est: Seth uerò genitus, est enim genimen: at Eua neutrum horum, quia fectio est: altero uerò modo quoniã mens nostra impassibiliter & sine fluxu generatrix est, quæ in nobis orationis existit, Quippè ratio mentis genimen,

men: sed enim Spiritus diuersus à mente cum sit, ac oratione in nobis cum oratione prouenit: ergo, quidem in homine consideratur, ad imaginem Dei circa Hypostaticarum proprietatum differentiam, secũdum quam ad sanctam Trinitatem ex proportione remetitur similitudinem, incommunicabile est, ad reliquas personas, quæ comprehenduntur sub demonstrata imagine circumferentiæ similitudinis, scilicet. Magis autem cum non habeat quis fingere, aliquando idioma primi hominis: contingere Seth ut commune: neq; quidem Euæ: ad alterutrũ genitorem dico & genimen: siue rursus geniminis nascibile Adam uel Euæ. Similiter autẽ ea quæ interius sunt si specularis, idem uideas. Nam mentis idioma, quod quidem illam orationis genitricem constituit, non inuenies in oratione, neq; orationis, ut nascibilis in mente, neque Spiritus ut Spiritus. Quod si in his quæ imaginabiliter ex proportione languidiorem aliquam circumferentiam, scilicet, similitudinem habent, incommunicabilis proprietatum differẽtia inuenitur, multò magis in ea, quæ ultra sensum & intelligentiam est. In alterabili & incommutabili prorsus Trinitate, quis inueniat personalium proprietatum existentiam incommunicabilem? Nam si quod minus

nus uidetur ineſſe, inerit, & quod magis uidetur ineſſe, inerit (uidetur autem multò minus, quod in deſtua & creata, conuertibili'que natura eſt, non moueri: Neq; commutare proprietates perſonarum ſecundum quam ex proportione ſimilitudinem imaginis repræſentat) multò autem magis in ea quæ inconuertibilis & inalterabilis, & ſemper ſimiliter habens natura, hoc inerit. Quod ſi uerũ ut demonſtratum eſt, Non igitur Spiritus emiſsio: communis eſt Patris & Filij: ut qui hoc dicunt deteſtabiliter, & maximè impiè agentes dogmatizant. Non eſt quod cuiq; uidetur uerum

Protagoras de Sole.

ſicut Protagoras arbitrabatur: ut Solem unius pedis eſſe, qui centies & ſeptuagies amplior terra oſtenditur. Fallitur penè iſte Philoſophus, dum de

Eunomius

Patre Deo ac primo homine ingenitum ſimiliter dici aſſerit, in quo parum minus Eunomio Hæretico aberrat ut uidetur: qui diuinæ ſolum ſubſtantiæ competere ingenitum, huiuſmodi demonſtrare argumentationibus conabatur. Non eſt (aiebat) poſsibile intellectum iri, eo quod neq; ſecundũ priuationem intelligatur, quod dicitur ingenitũ: Eorum enim quæ ſecũdum naturã priuationes ſunt, ideoq; habitudinibus poſteriores: at in Deo nullus præceſsit, cuius priuationem ingenitũ ſignificet.

Item

Item, Neq; in parte est Genitum: in parte uerò in genitum, quod diuinum est. Indiuisibile enim, neq; in ipso est aliquid ut diuersum, simplex enim, unū enim, & solum ingenitum cum sit, ipsa utiq; substantia ingenita est, unde non est diuidenda: ut hoc quidem eius ingenitum, hoc uerò genitum pronuntietur. Primum itaq; dicendum, quod talia compositionem non inducunt: dein ingenitum priuationem in Deo non ostendere. Consequenter uerò, quod ἀdiectionis forsitan, seu subtractionis litteræ unius, ν scilicet, errore traductus est. Nam ingenitum quoniam per unum ν apud Græcos scribitur, quantum hoc nomen increatum significat, & non solum diuinæ naturæ, si sic dicatur, uerum tribus competit personis, etenim naturæ pariter cum personis incaussata est. Cum autem per duo νν ἀγεννητου scribitur, soli propriè Patri, non Filio, non Spiritui, neq; alicui creaturæ cōuenit: innuens quod nullum principium, nullamq; caussam per se habeat. Ergo si Diuina substātia, agenita dicatur, increata debet intelligi per unū ν, quia cum duo scribuntur νν, Pater solus, sicut per genitum intelligitur Filius: Sanctus uerò Spiritus neq; γεννητός neq; ἀγενήτως, quamuis unum sit, quod non generetur uocatur, sicut

neq; incredulus uocatur, neque impius, quamuis non credat. Neq; ueneretur, uel colat aliquem existens Deus. Agennitio uerò, & his similia, quæ de Deo dicuntur, nullam mõstrant creatoris ad creata similitudinem. Omnis quippè similitudo expositione ac existentia, sed nullam apud Trinitatem Zoarchicam primus homo habuit, ex eo quod fuit ingenitus. similitudinem, cum ad naturam minimè pertinet ingenitum, uel existentiam. Nam si ad naturam spectaret ingenitum, cum animalia omnia ingenita prodierint à principio, eiusdem utiq; omnia naturæ forent. Adam enim neq; in eo quod ingenitus erat genuit, neq; Seth in eo, quod genitus generauit. Cum igitur Deus quidem dicatur ingenitus, quia nulla eum causſa præceſſit, Adam uerò quia causam habuit efficientem Deũ. scilicet, plaſmatorem, alter pro eo, scilicet, quod ex traduce non fuerit, nec uteri coartatus angustia, ingenitus nuncupetur. Manifeſtum quod eius ingenitum nõ sit ad Dei similitudinem uel imaginem. Quippè si Adam ex hoc ad imaginem Dei conditus uocetur simili modo irrationalia, quod fari non licet, ad Dei pronunciarẽtur imaginem condita: ad hoc autem sciendum ingenitum differentes significationes habere apud Philoſophos. Nam ingenitum dicitur

Adã quomodo ad Dei imaginẽ creatus.

citur: uno quidē modo, si quid nūc est quod prius non erat, præter temporis latitudinem ac permutationem: ueluti quidam tangi ac moueri dicūt uno autem cum aliquid contingit fieri, ac nō fierè ut domus: quæ cum fit, nondum est: alio uerò, cum quid omnino impossibile est fuit, ut quandoq; quidem sit, quandoq; uerò non, ut Deus Pater, quinecq; genitus est, neq; principiū sortitur ex aliquo. æternus utiq; cum sit & indifferens, nullius principij causam attigit aliquando: qua de re, propriè dicitur ingenitus. Nominatur quoq; principium quasi procedens causa, eo quod existentiā præstet. faciat etiam ac expleat. At uerò Hæreticorum uersutia, huius contrarium dicebat genitum: eo quod Dei Verbum generationem habeat. argumentatione utens huiusce modi: Si principiū habeat ut sit, non erat utiq; priusquam gigneretur & erat quando non erat, at non sic sub tempore nascentium esse ostenditur Verbum Dei. Nequaquam hoc nomen circumscribit Verbi naturam. Ex substantia enim Patris est, ut lumen & genimen, et sic apud illum æternum exiſtit. Cæterum: ingenitum Adæ non erat insignitiua personæ proprietas, nec Eue sectio, nec Seth nascibilitas. Nam omne insignitiuum, circa rem quam insignit consi-

deratur. Ingenitum uerò Adæ, non circa rem quæ insignitur, sed extrinsecus attenditur: Similiter autem & Euæ sectio: primum enim costa resecta est, & postea Eua formata est: Sed notandum quod genitum insignitiua uidetur Filij proprietas, & eius solius, quam nullus aliquando filius sortitus est uel sortietur. Nam si omnium filiorum natiuitas insignitiua proprietas esset personaliter, omnis eundem personæ characterem haberent: Nec autẽ differũt homines numero, quorũ differentiæ insignitiua proprietas causa existit: eo quod, sit immanchinabile in prospectibus, idem in alio inuenire. Nam quæ proprietatem habent eandem, non differunt numero, ut ensis: mucro: gladius. Et hæc quidem de ingenito ad monstrandum quod non sit personalis proprietas, neq; substantia insignat adueniens extrinsecus. Propterea breuiter ad obiecta respondeti potest, non esse consequens si Adã Eua, Seth, suprædictis tribus non communicant proprietatibus, quod nullis communicent alijs. Ecce enim anima et corpus, neq; incorporeum, neq; commune habẽt corporeum: at tamen ut superius declaratum est, alias quasdã cõmunes habent proprietates. Hoc quoq; modo Pater et Filius ingeniti genitiq; differentijs differũt: causſa uerò princi-

pioq;

pioq; conueniunt. De oratione uerò Spiritu & mente dico, quod languida similitudo sit, & nequaquã familiaris proposito, utro modo λόγ& ratio, siue oratio accipiatur: Nam mens rationem non generat, cum potius ex ipsa suo modo constitutionem habere uideatur. Quare tantum de oratione cum uoce prolata intelligenda est comparatio, quæ ut Spiritus amministratur, per corporalia instrumenta, & utrumq; simul diffunditur, & in aëra dissipatur: In sancta uerò Trinitate genitum & emissum incorporaliter, impassibiliter, & incommutabiliter. Ex Patre quidem solo Filius, ex Patre uerò & Filio, absq; passione, sine separatione, & absq; decisione Spiritus prodit. Apud homines uerò non sic: Nam & Spiritus sine oratione, ut per gemitus & uoces non significatiuas, & oratio sine mente, ut intemulentis & plenis Dæmonio, alijsq; pluribus reperitur: Sed & mens sola sine oratione, absq; sensibus, quin etiam sine phantasia operatur dũ conuertitur ad se ipsam. dũ incorporalium comprehensionem amplectitur, dum contemplatur diuinum, & dum scientiam uniuersalium quæ subsistere non est, inancipiti meditatur. Subsistit enim huiusmodi communitas, cũ quæ participãt ea, indubitãter sint. Quippè quæ

unius Speciei sunt, eandem naturam habent, ut eiusdem rei participantia: quam contemplari secũdum sermentis solius est. Oratio uerò & Spiritus, per corpus semper exercẽtur. Palã est igitur quod ualefaciendum sit huiusce argumentationibus, atque similibus, quia nullam fidem ad aliquid colligendum inconueniens conclusioni faciunt. Neq; enim per hæc conducere, quod de una sola diuinæ maiestatis personarum, aliquod naturæ deitatis idiomatum, neq; rursus aliqua proprietas alicuius personarum de diuina natura prædicetur. Quare omnino innititur ueritati, quod Spiritus emissio, Patris Filijq; sit communis: quod Nicomediæ Antistes non consentit, ait enim. Si Filius ex causa est, ut ex Patre, causa uerò rursus, ut Spiritus emissor: diuiditur utiq; idem: cum sit causa, & ex causa: At uerò simplex est quod diuinum est, nec diuiditur: igitur si est causa, nõ est ex causa quod enim Deus habet, hoc inseparabiliter habet, et nõ secundum accidens. Sicut infinito finitum exequari non potest, ita neq; ei quod sine materia materiatum: hæc quidem ratio, neq; ei quæ materiam habet causæ, rite coaptetur: Nisi causa ex qua primum fit aliquid & in quam ultimã resoluitur accipiatur: qualis est prima materia, quæ in quibuscũque

que fuerit, substantiam suam conseruat, ex qua primo elementa fiunt, quæ simplicia esse per eorum motus Aristoteles probat. Vnum enim singula naturaliter habent motum, unamq; materiam: Nam una numero materia, unius formæ actu susceptiua est, quod in compositionibus magis patet: unũ enim lignum, non simul scamnum, mensa & paries esse potest: licet una numero species plura efficiat ut ars aliqua et quilibet artifex plura, differentia que conficit, Quod si elementa cum sint ex materia & forma, & cum causæ sint ipsa compositorum corporum simplicitatem non abijciũt, multò amplius licet causa sit Filius Dei, & ex causa in sua permanet simplicitate. Amplius: Actio à substantia ex qua progreditur tertia existens, à uirtute quæ substantiæ censetur effectus, ut absq; medio ex illa prosiliens secunda est: qua uirtus dignitate, ut uirtute substantia, ex qua procedit prior est. Ex quo satis liquere potest, quod sicut substantia uirtutis, uirtus uerò actionis causa est simplex & indiuidua perseuerans, ita Pater Filij, Filius uerò Spiritus causa est simplex existens & indiuisibile. Sciendum uerò, quod quidam actionem distinguentes, dupliciter aiunt eam etiam & circa Patrem & Filium considerari: & unam qui-

dem dicunt assistricem, nec prodeuntem extrinsecus, secundum quam genitor genitusq; similiter et eodem modo Spiritum emittunt. Aliam uerò attribuunt naturæ, quæ tres pariter comitatur personas, secundum quam quæ ab ipsis personis aliena existunt, ex subiecta aliqua materia, aut ex nihilo Pater, Filius, Spiritusq; Sanctus condunt & faciunt. Si ergo ex substantia uirtus prouenit, ex uirtute uerò procedit actio, Nec ideo uirtus duo, uel aliquod duplex est: multò amplius de Patre, qui sine principio est uirtus exit, filius scilicet, ex quo, ut ex Patre, Spiritus sancti emanatio profluit. Itē: Ex alio dictus Paralogismus falli potest. mens uniformis est, mens seipsam cognoscit: quare quod uniformæ est, se ipsum cognoscit. Duplex igitur mens est, cognita, & cognoscens, intellecta, & intelligens: agens, & patiens. Propterea Plato dicebat: Animā semper moueri, id est, se semper cognoscere: quo posito, colligat qui uoluerit, quod mens se ipsa potior, & honorificentior, cum faciens patiente honoratius sit, hæc quidem & his similia in rebus quæ materiam compositionemq; habent, atq; sub tempore suas perficiunt actiones, interdū ueritatē obtinent: At in his, quæ sine materia sunt fugit ueritas conclusiom. Amplius: Filius mittitur

Mens

&

& mittit, sed non ideo duplex est: Ex quo ut suspicor, & alius eiusdē Præsulis Paralogismus enervatur, qui dicit: Si Filio esse est à Patre solo, Spiritui autem à Patre & Filio: duplex, ergo, & huic existentiæ ratio, & quomodo duplex, quod compositionem nullam suscipit? Absistendum certè erat ab huiusmodi. Nam, si ideo quod ex Patre ac Filio Spiritus procedat, duplicem existendi habet rationem, Pater iuxta eandem rationem duplicitatem adinueniet: cum solus filium generet, non solus uerò Spiritum mittat & donet. Verum huiusmodi habitudines duplicitatem non inducunt: Et enim causa hoc nomen & causatiuum, ut ita dicam, non hoc aliquid, nec quantum, nec quale quid, sed ut habet, ad aliquid significant. Qua de causa manifestum, quod nihil talium nominum, in eo quod huiusmodi facit duplicitatem, Si nomina substantiarum significatiua, quantitatum, qualitatum ue duplicitatem, de Deo enunciata non inferunt, multò minus hoc facient habitudinum significatiua. Nam Dominus, ostium, uia, panis, ueritas, uitis, lux, uita dicitur: una substantia cum sit, & simplex, propter aliqua idiomata quæ perspiciuntur circa opera ipsius sic nominatur. Rursus Pater ἀναρχος, id est, sine principio: ἀναίτιος, id

est, sine causa dicitur, ingenitus genitor, & huius modi: sed unum est secundum subiectum & simplex & indiuisibile: non solum ipse pater, sed & Filius, Sanctusq; Spiritus: tota nempe Trinitas, ab hijs quæ non insunt, frequentissimè nominatur Eo enim quod ab homine uideri non possit, inuisibilis, & inconspicabilis, quia omnem superat intelligentiam: inaccessibilis & infinita: quia corruptione ac morte maior est, incorruptibilis, & immortalis, non incipiens, non quiescens: quasi aliquod pelagus substantiæ infinitum, & interminatum, & si personis diffinita sit, antequam teneatur, dilabens: & antequam intelligatur, profugiens. Hæc quidem non ex hijs, quæ secundū ipsam, sed ex his, quæ circa ipsam: Ex Patre quidem scimus, sed non ex Patre: immò perfectè credimus, quod Pater generet Filium, & cum Filio pariter Spiritum emittat: quod quidam inficiantur, nō bene. Nam Spiritus ex Patre prodiens, aut contingit Filium, aut non contingit: si non contingit, nō est aliquid quod coniungat & copulet Filio Spiritum: secundum quod persona cum non complecta tur proprietatem, uel unam ex Filio Spiritus, nullamq; personaliter communitatem cū eo habeat. Hoc si ita est, non est eius Spiritus, etenim si nihil

assigna-

ßignationum in quibus eße ſpiritui eſt, ex Filio accipit: neq; Filij Spiritus eſt, nec eius imago: hæc utiq; aßignationes & annotationes Spiritus ſunt. Quod ſi hæc ex Filio accipit ut ex patre ſemper emittitur. Semper enim Pater & Filius emiſſor eſt conditorq;, ſed cũ ſemper emittãt: nõ ſemper propter infirmitatem rerum, quæ conduntur, quæ nequeunt ei, quæ ſine initio eſt Trinitati, exequari, cõdunt. Qua de cauſſa nõ piè ac uerè diuidicant, qui dicunt, impoßibile ſecundum idem communicari Patri & Filioq; Spiritum ſanctum, concinnãdo uerba, non ad fidem faciendam, ſed ad illaqueãdum ſi ualeant. Quemadmodum inquiunt, in quibus communicat Pater Spiritui, non eſt aptus aliquo modo diſcerni, uel diſiungi à Filio, ita, in quibus diſcretionem, diſtinctionemq; ad Spiritum habet, non eſt poßibilium ſecundum illud Filio cõmunicare, quod pænitus à ueritate remotum eſt, cum ex anterioribus palam ſit, quod quædam quidem Filio, quæ non Spiritui: quedam uerò ſpiritui quæ non Filio, Pater communicet. Quæ uerò ambobus communicant, hæc naturæ, ut ſecundum naturam ſunt, unde numquam euenit, quod in quo aliquis trium perſonaliter ab aliquo diſiungitur. ſecundũ illud, eidem coniungi eodẽ modo, prorſus enim

enim impoßibile ac inconſequens eſt, ueram eſſe contradictionem, quæ idem diſcretum perſonaliter eodemq; conuinctum modo eße pronuntiat in Trinitate, hoc quidem de aliquo exiſtentium aße rere inconueniẽs, ne dũ de Diuinarum Maieſtate perſonarum. Sed neq; colligitur, ſi emiſsio Spiritus communis eſt Patris & Filij, natura utriusq; eſt Spiritus emißio: & idem eſt natura & perſona.

CAP. VI.

VERVM Nicetas in arguendo ſermonem adhuc extendit: ait enim: Si omne quod de unaquaque perſona, Diuinæ Maieſtatis dicitur, non enunciatur, de ea magis & minus. Cauſſa uerò & principium prædicatur de Patris perſona. Non erit Pater magis cauſſa, ut ſit Filij genitor: quam ut ſit emiſſor Spiritus, at uerò proprietatẽ, ſcilicet, paternitatem ſecundum quam genitor Filij exiſtit, non impertit Filio ut ipſe Pater appareat, & non ſit unus Deus Pater in Trinitate dictus. Non igitur in eo, quod emiſſor, et cauſſa exiſtit, Spiritus dat Filio ut non magis & minus cauſſa Deus Pater appareat Filij, quã Spiritus. Quod ſi adhuc inuerecundius qui ex aduerſo diſputat inſtiterit:

stiterit: famur ad ipsum: Quæ exhæredatio, ut Deus & Pater, caussa, & principium existens Filij ac Spiritus? huic quidem attribuit emissionem, paternitatem uerò minimè. Si autem nihil de aliqua Diuinæ Maiestatis personarum, secundū magis & minus dicitur, Non enim est aliqua noua sectio in omnipotente ac supersubstantiali Trinitate: Manifestum utiq;, quod Deus Pater solus est causßa Spiritus ubi emißor, sicut & genitor solus Filij. Opinio citius fallitur quam sensus: propter duas causssas: aut quia sensus circa manifestas certasq; res uersatur, opinio uerò circa occulta: aut quia sensus in temporaliter ferè rebus adijcitur. Opinio autem per media, porrò quæ circa Deum sunt occulta incertaq;: nobis existunt, ex quibus fallitur qui nimium præsumit animus. Certè omnino modo inconsequens est, si Pater Filio non præstat, ut ipse Filius Pater sit, non dat, ei ut emissor sit Spiritus. Et si non dat ei paternitatem, non tribuit ei Spiritus emißionem: ueluti si non dat Pater Spiritui ut nascatur, non dat ei, ut conglorificetur: & accipere de Filio, & annunciare nobis. Amplius: Longè à uerò prospicit: Si Pater solus est causssa Filij: Non est autem solus sancti Spiritus causssa: magis est causssa Filij Pater, quam

Opinio fallitur duplicitur 1 2

quam Spiritus: Nam genus generalißimum ſubſtã
tia ſui proximi ſolũ cauſa exiſtit principiumq;,
ſpecialißimorum uerò non ſolum. Sed propterea
nõ puto, quod magis ſuperiorum quam inferiorũ
genus, ſiue cauſſa, nuncupetur: uel magis contine-
at ſuperiora, quã inferiora mediatum quippè uel
immediatum proximum, & remotum: habitudi-
nes quidem poßunt interdum facere differentes,
augmẽtum autem uel diminutionem non afferũt:
ſed neq; intenſionem uel remißionem, propterea
in ipſa Trinitate talis complexionis falſitas de-
præhenditur: ſi, Pater ſolus eſt cauſſa Filij: non
autem ſolus eſt cauſa miſſionis Sancti Spiritus.
Quare magis eſt cauſſa unius quã alterius, quod
nullus recipit rectè credentium, ideoq; ſuper-
uacaneum eſt quærere, cur dederit Pater emißio-
nem, non tribuendo paternitatem: cum nequa-
quam duos Patres, uel duos Filios Trinitatis ad-
mittat fides: talium quæſtionum, non eſt idonea
poſitio: ſicut & huius, cum anima cauſſa, & prin
cipiũ exiſtat phantaſiæ rerumq; dederit ei quarũ
libet imaginationem, cur non tribuerit ei opinio-
nem? Nam quod uolumus quimus imaginari: ut ho
minem non ſolum tricubitum, ſed uiginti & mille
cubitorum. Poßumus quoq; fingere hircoceruũ,

&

& hyppocentaurum, quamquam opinari neque amus quæ uolumus. Nam bis duo octo dicere possumus, opinari uerò hoc nequimus: quia opinionem fides sequitur, ut Philosophus dicit. Non enim contingit opinantem quibus uidetur non credere. Nec tamẽ anima phantasiæ magis causa est, quam opinionis. Igitur sicut quærendum non est, quomodo genuerit Deus, ita non est inuestigandũ quomodo duo sint causa unius. Nam si quomodo in Deo quæratur: omnino & ubi, ut in loco: & quando, ut in tempore: atq; alia similiter prædicamenta quærantur. Quod si hoc inconueniens absurdum est, & sanctis Patribus non credere, sed in circumciso corde obuiare scripturis eorum: ac dicere, quis fuit Ambrosius, qs fuit Augustinus, qui asserunt Spiritum ex Filio procedere? à Spiritu certè docti, hoc asseuerauerunt hij & alij quã plures. Et utiq; idem Spiritus docuit Patrem non esse Filium Patrem, sed uirtutem potentis, sapiẽs sapientiam, Hypostaseos, & substantiæ propriũ characterem: hic est Spiritus, quam & ueritatis omnium Dominus nominat: imago Filij, & digitus, ut Spiritus oris eius, ut Dominus pariter cum eo et Patre: ac conditor. Etsi ad Patris personam Apostolus omnẽ reduxerit conditionem, sic dicẽs.

Opinionem sequitur fides

Vnus

Vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: sed idem dicit: Vnus Dominus Filius: per quem omnia, & nos per ipsum: non tres conditores: sed unus. Nam angelos in cõditione cooperari tribus nullus audeat asserere, sed neq; unam quis personam intellegat, cum dicitur conditor unus, quem admodũ neq; quod in Prophetis dictũ est, in persona dicuntur, Subuerti eos, inquit, ut subuertit Deus Sodomam & Gomorram: et alibi: Saluabo eos in Deo eorum: et Apostolus eadẽ figura dictionis utẽs dicit: Tradidit eos Deus in reprobrũ sensum Sũt igitur tres personæ, unus conditor: sicut unus Deus, q sine motu, sine labore absq; assũptione materiæ fecit hanc uniuersitatis molẽ, omnino impassibilis omnino indemutabilis. Ideoq; in proprio quod fecit opere, non eguit instrumentis. Cuius rei exemplum animæ inseruit humane quodammodo idem creator. Etenim animæ nostræ motus, sine labore consumantur, absq; substantijs constituuntur è rebus, ac intẽporaliter penè fiunt. Quod si animæ substantiam actionesq; inspicere nequimus, minus autem & angelorum, quomodo idiomata diuinarum personarum perfectè cognoscemus? Credendum Sanctis certè Viris, qui fatentur Spiritum ex Filio procedere: cum hoc etiam

Animę motę

idem

idem pluribus neceßarijsq; rationibus intelligere uolentibus, euidēter appareat: Cum enim Filius et Spiritus ſoli eſſe habeant ex Patre, alter quidem ſine medio, mediatē uerō alter: neceße autem Filium ex Spiritu eße, aut Spiritum ex Filio. Non autem habet Filius eſſe ex Spiritu. Reſtat igitur, ut Spiritus ex Filio eſſe habeat, tamquam, ex immediata cauſſa.

CAP. VII.

NAM ut dicit Magnus Baſilius in Epiſtola ad Canonicum: Nihil eſt inter Patrem & Filiū. Si autē non eſt ex Deo Spiritus per CHRISTVM neq; eſt omnino: Quare circa ordinem euacuatio ipſius exiſtentiæ, aſſernationem habet, & omnino fidei eſt negatio. Igitur ut ex immediata cauſſa Filius, ſic utiq; Spiritus ex Filio, ut ex immediata cauſſa, cuius imago eſt, & in quo quieſcit: quamquam ſecundum Græcos ex ipſo nō prodeat. Si enim Filius, quia imago Patris exiſtit, ex ipſo eße habet. Manifeſtum quod Spiritus imago Filij cum ſit, ex ipſo eſſe habet. Qui filios facit ſanctificatos, et per quem clamamus Abba Pater: Si ex Filio cuius imago eſt, non eße habet Spiritus, dicēdum utiq; quod ſit, ut imagines equiuocē hijs

Cauſſa media et immedia ta.

pro quibus factæ sunt. hoc si ita est, non eandem substantiæ rationem suscipiunt imago, illeq; cuius imago est. Secundum quid ergo dicemus Spiritum imaginem Filij, si non habeat ullam, ex eo quod persona communitatem ad ipsum? Omnis imago ex prototypa idea similitudinem, Typum figurá-que accipit. Ecce Filius cum sit imago inuisibilis Dei, splendor gloriæ, ac figura substantiæ Patris, ex ipso esse habet: at uerò Spiritus imago Filij est, ut Sancti perhibent: et non ab extrinsecis notis: ut Rex à purpura, chlamide, ac diademate, sed ab eo, quod deintus habeat et emittat, quemadmodu & Pater. Ex quo & aliqua similitudo inest, non secundum figuram & colorem, ut imagines: quia nihil in illis huiusmodi. In eo autem, quod æterni in corporeum, immobile, secundum substantiá est comparatio: ex quibus non multum uidetur imago Filij Spiritus, aut Filius Patris existere. Quippe, secundum ea quæ tribus personis communia insunt, nulla differentia in personis apparet, nulla personæ attenditur proprietas: nam neq; secundum ea, hic quidem Pater, iste uerò Filius, ille autē Spiritus censetur, si secundum substantiam imago diceretur: non magis Filius imago Patris, quam Pater Filij nuncuparetur. Ergo, secundum proprietatem

tatem imago Filij dicitur Spiritus, & non secundum substantiam, ut æternum, inconscriptum, & similia Hinc est, quod Magnus dicit Basilius in Tertio cõtra Eunomium sermone: Imago uera, & naturalis Filij Spiritus, non ex imagine Diuina, quemadmoũ nos: immò enim cum sit imago, nõ habet imaginem, & cum sit unctio, unctionem non habet. Et Gregorius quidem, qui θεομακαρίος cognominatur ex reuelatione, dicit hæc. Vnus Spiritus sanctus, qui ex Deo existentiã habet, imago Filij perfecti perfecta. Iohannes quoq; Damascenus similiter Patrũ uestigia dũ imitatur, scribit hæc: Imago Patris Filius est, & Filij Spiritus. Theologus quoq; Gregorius de Filio loquens, talia pronuntiat: Imago est ut consubstantialis, & quoniã hoc modo, at non ex hoc Pater, hoc est imaginis natura, ut sit imitamen Archetypi, & cuius dicitur. Vnde patet, quod si Spiritus imago Filij est, ex illo esse habeat. Sed qui dicit nullam comparationem esse Spiritus ad Filium, imaginis tollit rationem. Non est enim poßibile comparatione sublata, imaginem intelligi. Ideoq; si Spiritus imago Filij existit, palam est, comparationem ad ipsum habere. Imago enim, quid aliud est, quam ex caussa esse: illo scilicet, cuius imago est? Omnino autem

De imagine

substantia in eo, quod substantia, non imago, non caussa, non caußatiuum, non maius, neq; minus dicitur: sed neq; substantia nomen imaginis est significatiuum. Nam personæ cõsubstantiales sunt: sed non substantiæ.

CAP. VIII.

VERVM Nicetas, ut mihi uidetur, non attendendo hæc quæ dicta sunt, fertur inuecuum: Inquit enim: Si omnibus qui rectè sapere uolõt, confitendum est, quod Filius Sanctusq; Spiritus ex Deo Patre, hic quidem per generationem, ille uerò per processionem, secundum naturam ex Patris substantia intemporaliter, & æternaliter simul, ceu germina exorta Deo, prodeunt, nec hic quidem prius, ille uerò posterius: ut non alterum fortè tempus præueniat. Nam in quibus prius est & posterius, ibi prorsus temporis intercalatio. Quod si penes Trinitatẽ detur, erit aliquid Zoarchicarum personarum sub tempore: Ideoq; creatura, ut in tempore esse accipiẽs, nec suæ caussæ consubstantiale: quod est Arrianæ, Eunominianæ, atq; Macedonianæ, hæreseos actus, & inuenubratio. Quod si uerum, immò, quia maximè uerum intemporaliter & æternaliter simul Filium

Spi

Spiritum ue de Patris substantia effulgere: utrum dicatur quærendum, simul ipsum intemporaliter & æternaliter esse ex Deo Patre, & naturaliter ex ipso effulgere quemadmodũ et Filius, & ex Filio eodem modo prodire ut ex Patre, aut posterius? Quod si posterius, erit Spiritus se ipso prior, & posterior, & ante tempus, & sub tempore, & æternum, & non æternum: eo, quod concurrentem habeat processioni existentiam, quod omnis plenum est impietatis. Sin autem propter huiusmodi, quod consequitur impossibile ac prophanum hoc dicere: uitauerint, ex necessitate dicent alterum, quia intemporaliter ex Deo Patre, ac æternaliter ex Filio procedit. Sed quomodo est possibile, simul intẽporaliter et æternaliter, ut ex duabus causis esse habeat: nisi ambæ primæ causæ sint & principales? Aut qua ratione una potest causa duabus ex causis existentiam habere: cum altera causarũ simul cũ illa ex se quam emittit, de alia causa existẽtiam habeat? hoc omni prodigio figmento que Dæmoniaco irrationabilius. Quod si instantes qui hoc modo disponuntur dicãt, quoniam omnia Deo & Patri possibilia sunt quæcunq; ei placent, respondendum eis est: quod se ipsum negare non possit. & cum sit principiũ

& cauſſa Filij, Spiritusq; non eſſe hoc idem quod eſt. Si ergo propter abominabilem huiuſmodi opinionem, quæ dicit Spiritum ex Filio procedere, multa ſequuntur inconuenientia, palã quod Spiritus ex ſolo Patre procedit, ſicut ueritatis ſermo ab antiquo uſq; in hodiernũ manifeſtè prædicat.

Deuito plenam contumeliæ reſponſionem, ne ſario huic uaniloquio retribuere. Nuſquam certè in ſacra ſcriptura repertum eſt, quod ſolus Pater cauſſa ſit principiũq; Sancti Spiritus: uel quod ex eo ſolo Spiritus procedat: quoniam Pater quidem ſolus generat, & quod ſolus ſit cauſſa principiumq; Filij, ſcriptura in pluribus teſtimoniũ probibet. Namq; ſolus habet Filium, ſolus autem nõ habet Spiritumſanctum, cum neq; ſolus mittat, neque ſolus tribuat, quia Filius dat & mittit Spiritum, quemadmodũ & Pater. Cũ igitur à Patre & Filio æqualiter habeatur Spiritus, mittatur atq; donetur, duæ ſunt cauſſe habẽtes, mittentes, atq; tribuẽtes Spiritumſanctũ. In ſuperioribus, dictũ eſt, quod Pater & Filius nõ dicuntur ſimpliciter duo qui cũ duo dicuntur, talis eſt ſenſus, ut quidam putant: Pater nõ eſt ſolus nec Filius eſt ſolus,, ſed Pater eſt & Filius. Secundum uerò aliam rationem, non eſt recipiendum in eis, propter ſupra

dictas

dictas cauſsas dualis numerus. Etenim binarius, quemadmodum reliqui omnis numeri, nequaquam propriè de Diuinis perſonis, ſed de diſcretam continuamq; habentibus quantitatem enunciantur. Continuum quidem, quod de ſolis magnitudinibus dicitur, eſt, ut Philoſophi perhibent, cuius partes, ad communem terminum copulantur: at partes in Patre uel Filio intelligere, quas communis copulet terminus, neq; figmentum etiam ſuſcipit. Tres quidem dimẽſiones, quæ licet cõtinuæ ſint, in partibus determinate tamen dicũtur: non quod diſſecentur adinuicem, ſed una quæq; ipſarum, propriam rationem poßideat, nullo modo eis cõpetunt. Diſcretum uerò eſt, cuius partes, per ſe cõſiderantur, ut non cõtrahantur inuicem: Pater uerò & Filius ſingulas licet habeant rationes, nullo tamen modo partes habere intelliguntur. Ergo proprietatibus tantum duæ perſonæ, ſiue duæ Hypoſtaſes Pater Filiusq; nominantur. Quamobrem patens eſt, quod nullum prodigium introducant, nullum afferant portentum, nullumq; ſatanicum figmentum complaſment: qui fatẽtur ex Filio Spiritum procedere. Quippè omnis impietas, omnisq; impoßibilitas fugit talia enunciantem. Nam Patris & Filij una manus eſt, et eadem, ut idem teſtatur

Cõtinuũ quid

Diſcretum quid

tur dicens: Pater meus, qui dedit mihi maior omnibus est, et nullus potest rapere oues de manu Patris mei: & post pauca iterum dicit: Nullus rapit eas de manu mea. Ecce una manus, nō duæ, Patris & Filij: quoniam una causa, unumq; principium Spiritus existit uterq;. De hac manu digitus prodit, Sanctus fidelicet Spiritus, sicut Euangelistæ testātur, Matheus enim ita scribit: Si in Spiritu Dei eijcio dæmonia: Lucas uero: Si in digito Dei: digitum indubitanter dicendo Spiritum, ut manifestū faciat, quod sicut digitus consubstantialis est manui, et ex ea prodit, substantiam existentiam quę ab ipsa sumens, ita Spiritus sanctus Patri, Filioq; consubstantialis existens, licet mediatè quidem de Patre, immediatè uerò de Filio. Nam splendor cū substantia intelligitur, imago cum Archetypo, & Filius omnino cum Patre, Spiritus autem neq; splēdor gloriæ, neq; imago, neq; Filius Patris est: qui etiam nec multum in eo quod Pater ad ipsum habere uidetur habitudinē. Ex quo liquet, quod neque à modo intelligēdi, neq; ab ordine procedēdi, neq; à scriptura possibile accipere sit, quod immediatè Spiritus ex Patre, & non per Filium proueniat. Si enim quia Filius immediatè de Patre nascitur, sine medio datur & nobis, & Spiritus si absq;

medio

medio de Patre procedit, & immediatè datur nobis, at uerò non sine medio datur nobis, non igitur immediatè de Patre procedit.

CAP. IX.

CAETERVM: Nicomediæ Præsul & asserentes ex Filio esse Spiritum, & profitētes ex Patre per Filium, ueluti per medium procedere uchementer arguit: Tempus, inquit, hic cōsiderare, quæcumq; asseueramem ex Patre ac Filio Spiritum sanctum procedere sequuntur inconuenientia: Si autem quosdam tumultuantes audimus non ex Patre & Filio, sed ex Patre per Filiū, hoc Latini asserant, procedere, prorsus, mediāte Filio instituūt ex Patre procedere Spiritum. Sed si mediante Filio, ex patre, Filius autem sine medio, ex ipso est, minor est Spiritus Filio: Nam quod per medium aliquo participat, minus est, immediatè participante illius. Et hinc rursus habet locū Macedonij dogma diminuentis Spiritum, tollentis æqualem dignitatem ac potentiam. Quomodo autem filio mediante, dabimus à Patre procedere? Namq; si Pater emissor est, Spiritus uerò Sanctus emissus: hæc autem sunt habitudinis nomina, & simul natura: nam emissor emissi, emissor est: & e-

missus, ab emissore emissus. Nihil autem eorum, quæ sunt ad aliquid per medium aliquid dicitur: Quomodo ergo Spiritum sanctum, mediante Filio dicamus procedere? Repugnans utiq; hoc est syllogisticis ratiocinationibus, atq; demonstrationibus ueris: Hæc igitur cõtra illos, qui in sermone uarij sunt, & per rationabiles arbitrantur decursus infirmare, quod apud nos dogma perlucet: Nos autem si quis interroget, quomodo similis ex Patre Filius & Spiritus sanctus? respondemus: Quẽadmodum ex sole radius, et splendor: calor, et lux: quanquam & harum comparationum multa sit permutatio, defectusq; similitudinis. Quo enim modo, alicui eorum, quæ deorsum sunt, ad similitudinem Diuina cõparata natura similabitur.

Comparatio: sed deficiens

At uerò Latinus ei quidem qui asserit Spiritũ ex Filio existentiam habere, ut ex Patre, consentit: dicentem autem, ex Patre per Filium, & non subintelligentem ex Filio, aspernatur. Quur autem hoc faciat, superius ostensum est, & rursus in eodem sermo persistet. Nũc autem, ante delibatum discutiendum est, id scilicet, utrum Spiritus, ex Filio immediatè progrediatur, an non? ast quod immediatè proueniat, fidem potest facere, qui supponitur syllogismus: Si ueritatis capax firmitatisq; ordo,

ordo, & habitudo nominum existit, uerus est & firmus ordo personarũ, & habitudo: nempè quæ scribuntur, notæ sunt eorum quæ dicuntur. Voces uerò, intellectuum notæ: Intellectus autem finem habent rerum comprehensionem: et tunc uerè intellectus existũt, cum quasi rebus ipsis coaptãtur. Nam imagines sunt in anima rerum intellectus, uoces uerò intellectuum indicatiuæ sunt: Ideoq; à natura tributæ, ut per eas significemus ad inuicem animæ conceptiones, secũdum rerum dispositionẽ Atqui Ordo habitudoq; trium nominum diuinarum personarum, cum sit inuariabilis, ueritatisq; capax, nomen paracleti Filij Dei nomen coniungit absq; medio: quemadmodũ nomen Verbi Dei copulat ingeniti uocabulo. Enimuerò Dominus IESVS CHRISTVS, in traditione salutaris Baptismatis, cũ baptizare discipulis In nomine Patris & Filij & Spiritussancti omnes gentes præciperet, hunc ordinem assignauit: in quo copulat sibi & Patri Spiritum, propter aliquam proculdubiò communitatem atq; parilitatem. Non est enim æquum suspicari huiusmodi ordinem, ad naturam ita diuinam referri, quod ad nullam Hypostaseon proprietatem: Nam natura cũ una sit, ordini non deputatur alicui, neq; numero. Innumerabile penitus

Imago quid
Vox cur data

Ordo

Christus Baptizando quẽ ordinẽ tenere iussit

penitus est, quod unitatem aliquando non excedit. Vnus enim Deus, una substantia, unaq; natura in tribus intelligitur personis: hæ quidem ordinãtur, hæ numerantur, hæ communitatem & copulam interse possident. Porrò quæ ex natura communitas, ordinem nullum exigit, siue utiq; dicamus Filius & Spiritus & Pater Deus est, siue Spiritus & Pater, & Filius, recta in fide semita itur: Sed quæ in est ex proprietate communitas, non sic se habet: In hanc enim obseruandus ille ordo est, quam Dominus Discipulis tradidit baptizare præcipiens, omnes gentes, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & non in nomine Spiritus & Filij Patrisq; uel Filij, & Patris & Spiritus, eo quod Pater causa, principiumq; sit Filij, Filius quoq; causa sit Sancti Spiritus, quod quidem usquequaq; manifestum, ex eo, quod secundum baptizandi dignitatem, Filio Spiritus copuletur, ordinem certè Diuinarum nominum personarũ qui dictus est, in unum asserere pronunciari, haud cõueniens esse existimo. Quarum secundum habitudinem personarum & ordinem, nominum ordo existit, & dispositio. Sed forsitan qui apud Apostolum est ordo, huic repugnare uideatur, qui dicit: Diuisiones gratiarũ sunt, idem autẽ Spiritus:

diui-

diuisiones administrationum sunt, idem autẽ Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autẽ Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ecce primùm Spiritus meminit, secundò Filij, tertiò autem Dei & Patris. Sed non est arbitrandum ordinem Apostolum peruertisse, qui à nostra inicium habitudine, ut magnus testatur Basilius, fecit: Quoniã inquit, susciptentes dona, primm interpellamus distribuentem, deinde mittentem, ac postremò erigimus cogitatum, ad fontem & caussam omnium bonorum, quo Apostolus ordine usus fuit. Et iterum ut dicit: Gratia Domini nostri IESV CHRISTI, & charitas Dei & Patris, & communicatio Sancti spiritus sit cum omnibus uobis: & in omnibus huiusmodi. similis solutio est. Non enim secundũ ordinẽ, ante secundũ gloriã, quã ipsi susciputt, inter se gloria & ordo est, qui à nobis taliter effertur, cũ illic secundũ personarũ considereturhabitudinẽ, hîc autem à nostra habitudine, qui nequaquã legem ponit, neq; uerò contradicit illi ordini, neq; repugnat gloriæ. scilicet, uelut ibenefitij remiscatur accipit principium. Manifestum igitur ex his quæ dicta sunt, quod firmitatis, ueritatisq; capax est ordo nominũ, et habitudo, hoc si uerum esse constet, ut in ordine nominum Paracleti nomen,

men, absq; medio iũgitur Verbi Dei uocabulo: ita & persona, quæ est Spiritus, sine medio quidem Filio, mediante uerò eodem Patri copulatur. Quare immediatè quidem ex uno, mediatè uerò ex altero procedit: Nam quod medium dicitur, utrinq; habet aliqua inter se diuersa, ubi uerò tres, secundum ordinem pronunciantur, personæ, quomodo harum non erit aliqua media? Quod uerò illatum est, dico autẽ, minor igitur Spiritus Filio: siquidẽ quod per medium participat alicuius, minus eo est quod absq; medio participat: quia inconsequens est, timendũ non est. Non enim propterea Spiritus minor est Filio, quod eodem mediante, de ingenito prouenit, ut in rebus sensibilibus euidentissimum est: Ecce enim Atlanticum Pontico mari participat, scilicet, Propontidem: attamen dictum pelagus, Propontide maius est. Similiter autem Nilus, & ei similes, mediante fonte uena participant, cũ ipso fontè multò ampliores existant. Et generalissimum substantia per medium participat rationali, et irrationali, cum sit maior ambobus. Sed enim Verbum Dei, mediante rationali anima, participat humani generis: sed quis minorẽ illum anima rationali aut uirgine Matre audeat asserere? Ergo, non ob hoc Macedonij dogma locum inueni-

et.

et. At uerò iam eundum est, in secũdam obiectionem, quæ dicit: Quomodo dabimus omnino ex Patre ipsum procedere & cætera? Ad quod dicendum quod Pater, Filius, atq; Spiritus sanctus, cõmunes & proprias appellationes quam plures habent, quas sacra scriptura manifestas facit. Quare aliquas, quia res ipsa exigere uidetur, sub compendio hic memorandum est: Pater igitur ingenitus, caussa, principium, & emissor nominatur: Similiter autem Filius genitus, Verbum, principiũ, caussa dicitur, & emissor: scilicet, immediatè: paracletus autem Spiritus, caussatiuus, & emissus nũcupatur: qui licet secundum hanc appellationem Patris dicatur, & Filij, nequaquam tamen Pater & Filius secundum hæc appellatiua uocabula, referũtur conuersim ad ipsum. Nam ingenitus Spiritus Pater non dicitur neq; sapientia Dei Verbũ scilicet, Filius censetur Spiritus sancti. Itaq; si mediatam caussam Patrem, Filiũ autẽ, quia nulla mediante persona Spiritum emittat, immediatã quis caussam uocauerit, à uero non oberrat. Et rursum cum Pater & Filius unum principium, unus emissor sint emissi Spiritus, unam & eandem caussam penitus quis ambos dicat, nullo modo peccabit. Caussa quidem caussatiui est, & caussatiuus ad

caussam

cauſsam refertur, et emiſſor emiſsi, emiſsor eſt. Sed forſan inferat aliquis & dicat: Quomodo Pater mediata cauſsa exiſtit Spiritus, ſecundum dictam rationem, immediata uerò Filius: eo, quod nulla inter ipſum et Spiritum perſona exiſtat media, duæ cauſsæ Spiritus, mediata ſcilicet, & immediata Filius exiſtit & Pater? quod minimè colligitur, ſicut non prouenit Deum habentem Filium, & Deum non habentem, duos Deos eſſe, uel duos Dominos Et ſciendum quod quidam dicunt, Patrem et Spiritum, uel Filium & Spiritum, non eſſe ad aliquid, quia neq; à dictione monſtrante habitudinem, ad dictionem quæ non eſt cum ſimili habitudine, relatio attenditur: Non eſt enim ex altero ſcire alterum, ſed neq; omne quod alterius dicitur, continuo illud eſt ad aliquid, ut habitus animæ & uirtus dicitur, hoc enim & ſimilia, ſolum eſſe alicuius exigunt: ut in Patre & Spiritu: & Filio & Spiritu contingit. Quidam enim aiunt: in hoc, et in ſimilibus, cum nulla ſit conuerſio per huiuſmodi uocabula, tantum exigi quod alicuius ſint. Hij tamen Patrem immediatam Spiritus cauſsam, Filiũ uerò immediatam, ſed eandem conſtitũut. Nec cõtra Ariſtotelem, uel alios Philoſophos, quæ humanarum & non diuinarum rerum diuiſionibus u-

tuntur

tuntur huiuscemodi. Causarum heæ quidem existunt per se, heæ uerò secundum accidens, & rursum, heæ quidē remote, illæ uerò compositæ: hæc quidem potestate, ille autem actu, per se causa dicitur, ut statuæ quidem, ὁ ἀνδριαντοποιὸς, id est, statuæ factor: secundum accidens autem homo, & simpliciter animal. Remota causa dicitur, ut sanitatis artifex, propinqua uerò ut materialis: Et rursum διὰ πασῶν, propinqua causa duplum, remota uerò numerus, sed non eodem modo in diuinis contingit personis: Nam Pater in eo quod emissor, mediata emissi Spiritus causa, Filius uerò eadem existens immediata dicitur. Notandum hoc loco, Patrem à quibusdam inter Filium Sanctumq; Spiritum medium poni, Similiter autem inter Patrem Filiumq; medium quidem Spiritum constituerunt quod non puto debere trahi ad consequentiam. Nam secundum hoc tamen, quod existentiam utrique præstat Pater, medius duorum copulaq; censetur, Spiritus uerò, quod neq; genitus, neq; ingenitus propriè dicitur: medius inter Patrem Filiumq; locatus est. Reliquum est solum Filium proprie medium existere, ut quodammodo ex alijs animaduerti potest: scilicet, ex generalissimo genere. Quod licet existentiam det subalternis & specialissi-

cialißimis, nullus tamen eorum medium ipſum generaliſsimum eſſe aſſerit, ſicut neq; inter uenã fontem ue fluuius, ab aliquo conſtituitur medius. Itaque cum ſolus Filius immediatè ſe habeat ad Patrem, & ad Spiritum, ſolus ipſe ſimpliciter, & abſolutè medius inter Patrem eſt atq; Spiritum.

Socrates de dijs non facile loquebatur

Verum de diuino formidabile permultum tractare, quod etiam Socrates uerebatur, qui talia dicebat: de Dijs cum difficultate ſuſcipio ſermonẽ, ne de facili dicat me aliquis delinquere. Ergo Pater, Filius, emiſſor & emiſſus, cauſſa & cauſatiuus, ad aliquid dicuntur. In his enim exiſtentia ex habitudine adeſt. Nos tamen ex his, quæ nobis impendit beneficijs Deus, beneficum nominare, ac Patrem didicimus, unumq; Deum, unumq; beneficum Patrem Filium, ſanctumq; Spiritum credimus: cum exiſtentiæ modum, neq; mens imaginari neq; ratio deſcribere ualeat: ſed neq; alio modo. quam per actionem quæ trium una eſt penitus, & eadem unitas illorum cognoſcatur: quæ unus Deus, & una ſubſtantia eſt: Ea ſimplicitatis rationem licet, ſecundum aliud Pater, ſecundum aliud Filius, et ſecundum aliud Spiritus dicatur, non omiſit. Inſeparabiles quidem omnino exiſtũt, quã quam diſtinguantur hæ tres perſonæ proprietatibus,

tatibus, inter quas si Filius non sit medius, ut dicitur, In nomine Patris & Filij, possit dici utiq; in nomine Patris & Spiritus, quod Ecclesiastica non recipit traditio. Ex quo patet, neque Spiritum, neque Patrem, in trium enumeratione medium debere intelligi: id idem processionis emanatio ex Patre Filioque profluens affirmat. Nam principiorum attributio, per proxima transit: at uerò genimen proximum est generanti, eiq; coequale, quod si coequalitatem exeat, Deus esse desinet, à summa decidēs excellētia Infinitā habet potentiam, quia coequalis est Patri generanti se, ac coæternum, quod Pater solo esse subsistētia, scilicet, generate ideoq; solus gennrat, solus uero Spiritum non emittit, cū non in eo quod Pater, sed ut emissor caussa principiumq; Filio mediāte. Hoc nullū in admirationem ducere debet, cū plura in naurtalibus talia, per medium ad inuicem referri comperiantur. Et enim Tantalus Agamenonis proauus dicitur mediante Pelope atque Atreo: Similiter autem, Pelops eiusdem Agamenonis auus appellatur, quoniam Agamenon eius dicitur nepos. Qua de caussa idem Pelopides censentur & Tantalides. at uerò patruus & nepos sunt eorum, quæ ad aliquid & per medium dicuntur,

& non est possibile sub intelligi absq; medio. Iuxta uero eundem modum, gener. socer, & quæcunque his similia. Quod si non fieret, parentelæ non ad multum linea extenderetur, neq; in Logicis generalissimum, specierum contentarum genus censeretur, Neq; specialissimum eorum, quæ ante ipsum sunt dicentur species, cum per medium et generalissimum horum genus, & specialissimum illorum species nuncupetur: ergo nihil inconueniens est dicere Spiritum procedere per Filium, & ex Filio.

CAP. X.

VERVM Nicetas prolixa nimis oratione, iterũ contra hæc impetu fertur uastissimo, in hũc modũ: Si apud omnes, inquit, qui circa diuinum exhibere pium cultum uolunt, manifestum constat, quod diuinum incaussatum est, incommutabile est, & nullius uicissitudinem obumbrationis suscipit: Amplius autem, omnipotẽs, infinitũ, & quascunq; quis Deo dignas ex sacra scriptura denominationes, & ex communibus de Deo conceptionibus excerpens, quoad licet diuinum esse fateatur, quicquid de Deo, secundum existentiam enunciet: manifestum, quod substãtialiter hoc de-

pro-

promat, eo quod insuscep:bile diuinum, sit accidẽtis. Et quoniam sic sentire ac dicere, diuinæ pietatis ratio nos instruit, considerandum, utrum diuinum susceptibile sit prædicationis eorum quæ opposita dicuntur, an nõ: hæc qui circa ea uersantur quadrifariam diuidunt: aut enim in oratione, inquiunt, esse, aut in re: & ea quidem quæ in oratione, ut affirmationem & negationem opponi dicunt: quæ uerò in re, aut in habitudine, aut absque habitudine accipiunt: at uerò quæ in habitudine inferunt se atq; inferuntur, & ut ad aliquid oppo nifaciunt, quæ uerò sine habitudine, hoc quidem aptum est permutari: hoc uerò non, & sunt opposita, ut priuatio, & habitus. Quomodo uerò diuinum, eas quæ secundum contrarietatem, priuationẽ, habitũq; oppositiones ad |prædicationẽ non susciPit. Manifestum est eo, quod natura prorsus incommutabile sit: hæc aut m in hijs quæ aptitudinem habent alterandi & permutandi, suam existentiam ostendunt: neq; uerò ea, quæ ut contradictio in eo reperitur oppositio, quia semper eadem & similiter quæ circa diuinum considerantur existunt. & post modicum: Cum igitur Diuina natura, tribus sit communis personis, conditrixq; uniuersitalis, eorum, quæ ad aliquid oppo

sitionẽ, secundũ eandem speciẽ habitudinis, nullo modo de se prædicari permittit: ne forte uniforme unifariũ habitudinis uideatur interimi. His igitur ex cõmunibus nobis de Deo conceptionibus, & naturalibus & demonstratiuis rationibus, et Philosophorũ conquisitionibus promulgatis, animaduertendũ est, illis qui cõfitentur. Spiritũ sanctũ ex Filio procedere, quẽadmodũ ex Patre. Nã si hoc ita est, cõmunis erit emissio Patris et Filij, & erit Filius Spiritus existentiæ caussa, quẽadmodũ et Pater, in eo, quod emissor: At uerò Filius, genitus est ex Deo & Patre, et caussã ipsam describit ut genitorẽ, iuxta Verbũ ueritatis. Colligitur ergo, quod Filius oppositorũ habitudinẽ, eorũ quæ ad aliquid suscipiat, et similiter sit caussa Spiritus, et ex Deo Patre ut ex caussa. Sed monstratũ est nobis per uniuersalẽ rationem, quod impossibile sit, inuenire opposita de Diuina natura prædicari: uel de aliquatriũ Hypostaseon. Nõ igitur procedit ex Filio Sanctus Spiritus, sicut quidã impiè ac prophanè opinãtur. Hoc autẽ quã friuolũ sit satis patet, cũ neq; ut asserit ex cõmunibus cõceptionibus, seu Philosophicis colligatur, cũ de Hypostaticis tantũ proprietatibus hoc unũ sit: Nõ est enim aliquando Pater Filius, uel Filius Pater, aut Spiritus: sed de alijs nihil

nihil prohibet ad aliud & aliud, eamq; ad aliquid oppositionem suscipere, ad unum uerò idemq; ne quaquam. Namq; possibile non est, idem sui ipsius causſam & causatiuum esse. Quoniam uerò de Hypostaticis proprietatibus, quod illatum est pro inconuenienti uerum existat, ex ordinis obseruantia earundem personarum liquido apparet. Ecce enim Sanctæ ac beatæ Trinitatis plura sunt nomina, eo quod plura ipsius circa humanum genus beneficia existant, quorum hæc quidem substantiã monstrãt, hæc uerò non: in quibus nullus est ordo necessarius, nẽpe in tribus nominibus, sicut superius expositũ est, quæ sunt Pater Filius, & Spiritus, et si qua his similia reperiãtur. Sacra scriptura ordinẽ obseruat: qui ordo, si nõ imitatur personas, falsa est glorificatio, et indecẽs, et insomnio similis, quod quidẽ est aliqd. sed nil eorũ habet quorũ fantasiã repræsentat: Ita erit huiusmodi ordo, illius qui nõ est ordinis faciẽs imaginationẽ. Itaq; imitatur ipsas personas nominũ ordo, & mediãte Filio, de Patre Spiritus procedit, & est quidẽ Filius ex causſa, scilicet, Patre, à quo genitus est, et idẽ Spiritus causſa, ut eius emissor. Hoc utiq; Saluator ostẽdere uolens, cũ discipulis Baptizare præciperet, triũ nominũ ordinem præfatũ tradidit: quod

ullo modo frustra feciſſe putandum eſt. Hoc idē Saluator affirmat, cum dicit ad Patrem: Omnia mea tua ſunt: ad ipſum enim, tamquam ad principium, emißionem Spiritus refert, etiam & conditionem uniuerſitatis: & tua mea ſunt: quia licet ex te Spiritum habeam, illum emitto ut tu, cōdoq; pariter omnia: nullius egens adiutorij: Miniſtrorum enim hoc eſt, & à dignitate Filij remotum. Igitur nullum inconueniens eandem dicere perſonam, cauſſam eſſe atq; cauſſatiuum: ſicut dicitur mittens, & miſſa: glorificans, & glorificata: prædicata, & prædicans: ad aliud quidē, & ad aliud ſumpta: Nam in Thabor monte, Pater quidē prædicabat, Filius uerò prædicabatur, & nubes obūbrabat, Sāctus uidelicet Spiritus, ut manufacto nō erat opus tabernaculo. Ex hijs ergo quæ dicta ſūt, euacuatur manifeſtè, quod à quibuſdem ut aliquid irrefragabile inducitur. Vna, inquiunt, exiſtentiæ cauſſa, plures effectus eſſe inſpiciuntur in naturalibus, artificialibus, uoluntarijs, & penè in omnibus rebus: ut Adam cū unus homo fuerit, multorū effectuum ex ipſo prodeuntium, cauſſa exiſtit: ut Pater: ſimiliter & Beſeleel faber, cum unus eſſet, quam plurimum & differentium rerum cauſſa fuit: Idem inuenire eſt in hijs, quæ ſponte fiunt:

nam

nam Petrus atq; Paulus Euangelicæ prædicationis doctrina quam plures traxerunt ad fidem, & alteruter singulus existens, multorum salutis factus est reconciliator, & uoluntariæ multos in fide genuerunt: at uerò uersa uice fit in effectibus. Nam uno existentæ effectu, unam proximam esse causam necesse est, nisi propter defectum eiusdē causæ, ac imbecillitatem aliquā secum causam assumat, quod ex ipsis rebus liquidò apparet. Hoc si ita est, Spiritus ex Filio processio Patris, defectum & imbecillitatem indicat, quod minimè cōsequitur: Nam si hanc rationem sequi uolumus, Mundus cū causatiuus sit, neq; Filium, neq; Spiritum habeat, propinquam causam, nisi utiq; per infirmitatem & impotentiā Patris, sed unaquæq; trium æqualiter factor mundi, & creator existit: ut enim superius dictum est, Pater solus generat, non autem solus creat, & condit.

CAP. XI.

VERVM ad hæc Methone præsul reclamat adhuc: Si omnia, inquit, quæcunq; habet Filius à Patre accipiens habet, proculdubio, & ex Patre habet Spiritus emissionem: unum ergo diuersiclima hæc liberalitas, secundum quam

Filius quidē ex Patre accepit, ut sit et ipse Spiritus causſa: Spiritus autē quamquā ad idē honoris habeat, et ex eiusdē ſubſtantiæ cauſſa prodeat, tamen parili honore priuatur, cū à Patre nequaquā accipiat, ut cauſſā ſit Filij, aut alterius ſui ſimilis: niſi fortè iniuriæ imputare crimen Patri qs audeat. At eodē iſte uir urgeri poteſt incōmodo: Nā ſi Filius, quæcūq; habet, à Patre accepit: et Spiritus miſſio nē ab eodē accepit, mittit quippe Spiritū Filius: Niſi enim abiero, inquit, paracletus non ueniet ad uos: ſi autē abiero mittā eū ad uos: et rurſum: hæc à principio non dixi uobis, quoniā uobiſcū eram: nūc autē uado ad eū qui me miſit: Ecce patet q; Filius mittat Spiritū ſanctū, et quod à Patre idē mittatur. Quomodo igitur à Patre Filius accipiēs Spiritus emiſſionē: eſt enim mittēs et miſſus, Spiritus autē nō accepit miſſionem, neq; Filij neq; alterius ſui ſimilis: priuatus ergo parili honore, liberalitas hæc, poteſt tamē et de facili ſolutionē habere talis obiectio, cū cōueniēter reſpōderi poſſit. Ideo nō accepiſſe Spiritū Filij cauſſā eſſe, quia Filius eſt ipſius cauſſa, Spiritus uerò eius cauſſa eſſe, nuſq; reperitur, neq; alterius ſui ſimilis: ne quarta in Trinitate perſona induci demōſtretur: Amplius, Quomodo accipit iudiciū omne Filius à patre, et Spiritui non

nõ impertitur, scriptũ est enim: Omne iudiciũ dedit Filio, ut omnis honorificãt filiũ, sicut honorificãt Patrẽ. Suspicor, immò credo firmiter, q, emissio Spiritus, si ad honorẽ Patris pertinet, quod ad honorẽ Filij referatur, q sicut à Patre uitã habet, iudiciũ habet: ita et Spiritus emissionẽ habet, et sicut nascibilitas nõ impedit Filiũ quin habeat naturã Patris, immò ex hac habere probatur: sic emissio Spiritus ex Patre et Filio, nõ impedit Spiritũ, quin habeat Patris Filijq; naturã, alioquin Spiritus et Filius nõ sint eiusdẽ cũ Patre naturæ: cũ Pater solus generet, solusq; Spiritũ ut Græcus arburatur emittat: Spiritus uerò et Filius, nullo modo At uerò adhuc hic idẽ instat, dicẽs Spiritũ nõ esse unũ et simplex, cũ nõ sit ex uno sed ex duobus. Quorũ alterũ cũ sit causa ex nulla caussa prouenit: alterũ uerò ex causa prodeũdo, et idẽ existit causa: Cæterũ si ideo q ex duobus procedit diuiduus sit Spiritus, Patrẽ dicat qs eodẽ modo diuiduũ fore: cũ ex se Filiũ generet emittatq; spiritũ. Quomodo enim ex indiuisibili, duo quasi diuersa, Filius quidẽ p generationẽ, Spiritus uerò per processionẽ progrediatur? fallacia pro certo inest, cũ ex relatiuis cõpositio fieri putatur. Nã quæ ad aliqd dicũtur, nihil ampluus q̃ sua substãtiua ostẽdunt: unde sæpe

contin-

tingit, nulla circa substantiuum facta permutatione, demutari habitudinem, ueluti qui prius erat dexter, in nullo alteratus ad aliam partem migrãte, altero sinister fit demutando habitudinem. Propterea prædicamentum ad aliquid, quasi propago à Philosophis, in nouẽ prædicamentis nuncupatur: in quibus attenditur ut leuæ accidens, eo quod in pluribus sæpe adsit, absitq; præter aliquã substantiui mutationem, uel etiã alterationem aliquam. Ex quo patet, quod minimè colligitur, si Filius caussa est, & ex causßa prouenit, neque totus causßa, neq; totus ex causßa, sed ex alterutro imperfecto componitur. Ast indubitato quidem totus causßa, & totus ex causßa est, cũ individuus sit & in corporeus. Quoniam uerò causßa & causßatiuum compositionem non inducunt, manifestũ: Ecce namq; Filius & Spiritus, principiũ & causßa cum Patre sunt conditrix uniuersitatis. Ex Patre quidem causßa Filio ac Sancto Spiritu, secundum aliam & aliam speciem, in quo magis quam in aliquo alio compositio appareat, existentibus. Quippè creaturarum alteruter causßa dicitur, ut efficiens conditrix, scilicet, secundum quam speciem habitudinis, nullo modo Spiritus uel Filius ex Patre prodeunt, Eorum enim quisq; creator est, non

Nouẽ Hugo prædicamẽta numerat.

Non ideo Filium esse non simplicem, id est, compositũ quod causa sit & ex causßa.

non creatura. Et notandum quod hic manifestè so
luta est Nicetæ obiectio, de oppositis: Igitur si
caussa & caussatiuum secundum differentem ha
bitudinis Spiritus, Filio, Spirituiq; competentia,
nullam in eiusdem faciunt compositionem, mani-
festum quod neq; Filius ex eo quod similiter Patri
Spiritus caussa nuncupetur, compositionem habe
at. Amplius autem, idem Antistes in hunc modum
argumentatur: Si ex Patre Filius immediatè nasci
tur, & mediantè Filio, ex eodem Patre Spiritus
procedit, idem Pater propinqua remotaq; caussa
censeatur. Sed hoc ut iam dictum est, in anterio-
ribus, inquibus prius & posterius est, forsitan lo-
cum habet: cum idem homo, in eo quod ἀνδριαντο
ποιὸς, statuæ, per se caussa existat: in eo verò quod
artifex, secundum accidens: ex quo quidem pro-
pinqua & remota caussa uocatur. In diuinis verò
personis, medium & immediatum, & propinquũ
dicatur utiq;, remotum uerò non arbitror dicen-
dum. Nam diuinum non est sub natura, ex quo ap Diuinum non
paret, quod non sit personalis Patris proprietas est sub natura
Spiritus emißio, neq; in hoc à Filio distinguitur.
Si enim personalis Patris proprietas foret, emißio
Spiritus numquam aliquando caussa mediata Spi
ritus, sed semper immediata, quemadmodum &

Filij

Filij dicẽtur. At uerò mediãtè Filio, Spiritus cauſsa Pater exiſtit: quare nõ eſt perſonalis proprietas emiſsorẽ eſſe, neq; Patris neq; Filij. Quoniã uerò per mediũ Filiũ, & ex Filio Spiritus procedit, manifeſtũ (ſemper enim Filius ſuo Patri abſq; medio iungitur) cũ Pater generet quidẽ non per aliquẽ, emittat uerò per Filiũ, & ideo Spiritũ ut Pater habet ſicut ipſe teſtatur: Pater nõ dimiſit me ſolum. Sin autẽ Spiritus æqualiter et ſimiliter Filij eſt, ut Patris, & Pater emittit ipſum Filio non emittente, cõſequitur, ut Pater ſolum ſecundũ hoc Filium deſerat, quod cogitare, uniuerſã tranſcẽdit impietatẽ. Sed fortè quis dicat: Si Filius à ſe ipſo nõ eſt, neq; Spiritũ per ſe habet: ſi per ſe nõ habet, neq; ſimiliter neq; æqualiter Patri mittit uel emittit. Nõ eſt autẽ à ſe ipſo Filius, ſicut ipſe perhibet dicẽs: Ego à me ipſo nõ ueni, quod in ſuperioribus ſolutũ eſt ſufficiẽter. Nã ſi hoc datur, nequaquam æqualiter et ſimiliter Patri uitã Filius habeat, quod nullius habet intelligentis cõfeßio. Et attendendũ, quod nõ potentiã ſui minuẽdo talia fatus eſt, ſed alienũ interimendo et contrariũ. Nã ſi homo liberũ habet naturaliter arbitriũ, & ſuper omnia dominium quæ tellus fouet, multò amplius unigenitus Dei Filius qui ſe ipſum exinaniuit, et ſe ipſum pro

Liberum arbitrium

nobis

nobis tradidit, Spiritũ & uitã habet ut Pater: sicut idẽ ipse asserit dicẽs: Sicut Pater habet uitã in se ipso, sic dedit et Filio uitã habere in semetipso. Et quomodo nõ similiter sicut habet Spiritũ ipsumq; emittit, Filio dedit habere atq; emittere? Nõ habet Filius Spiritũ secundũ participationẽ, qui per se uita, per se lux, & per se ueritas existit: nec ab alio modicũ quid ipsius Spiritus accipit, ut ideo impotẽs sit emittere ipsum, cũ Pater ad plenũ hoc queat facere. Quod semper habuit, quomodo ab alio accepit? Quid autẽ Apostolis plus habeat, si Patrẽ interpellãdo mittat Spiritũ, non habens per se, neq; ex se prodeuntẽ? Quare mittit & emittit Filius Spiritũ sicut & Pater: porrò Spiritus nihil detrimenti dũ mittitur & procedit patitur: quippè licet mittatur, ubiq; præsens est, diuidens unicuiq; prout uult. Deus est cuius proprium, non solũ futura præscire, uerũ facere quæcunq; uult: Vnicuiq; enim, ut Apostolus dicit, datur manifestatio Spiritus ad utilitatẽ. Amplius: Spiritu fideles ducũtur, & Filij Dei efficiũtur, sanctificatur quoq; in nomine domini nostri IESV CHRISTI et in spiritu Dei nostri, sicut idẽ dicit Apostolus: hic est Spiritus, qui profũda Dei nouit, qui orbẽ terrarũ replet, q̃ in omnẽ ueritatẽ deducit, ubiq; præsens, nullius

lius indignus: nec aliquid habet adiectum uel ad uenticium. Qua ex re manifestum quod cum Filius dicit: Ego à me ipso non ueni: & de Spiritu: Ego mittam & de meo accipiet: & me glorificabit & quæcunq; talium personarum distinctionem solummodo ostendit quæ prorsus incognita hominibus fuerat: hic est Spiritus qui loquebatur, in Apostolis: loquebantur enim Apostoli pro ut Spiritus dabat eloqui illis: & rursum: Non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri, qui in cœlis est, loquitur in uobis: locutus est et in prophetis hic idem Spiritus. Quis det, Moyses dicit, totum popolum istum prophetare, quando dabit Dominus Spiritum suum super ipsum. Nouus autem Noui Testamẽti Propheta Agabus clamabat dicẽs: hæc dicit Spiritus sanctus: Igitur in Prophetis, in Apostolis, & in CHRISTO unus Spiritus sanctus loquebatur: sed tamẽ aliter ab illis, et aliter à CHRISTO idem Spiritus habebatur. Nam CHRISTVS per se Spiritum, illi uerò per CHRITVM habebãt. Cum igitur altissimi Verbum per se Spiritum habeat, per se Spiritum det, Pater quod per se emittat, & quod ex ipso procedat Spiritus. Amplius. Quæ uerò per Apostolos fiebant signa, non propria illorum: sed Dei per eos

operan-

operantis erãt. Quod uerò fiebant per Dei Filium: eiusdem erant, qui nihil in eo, quod Deus, adiectum habere potest. Namq; diuinum simpliciter ens bonum ex se sufficiens est. suiq; cõplectiuum: quanquam quidam quod ex se sufficiens est simpliciter, bono inferius esse fateantur. Quid enim aliud, inquiunt, est ex se sufficiens, quàm illud quod à se, atq; in se bonum possidet? hoc autem iam boni plenum est, ut quod ipsum participat. uerum latent seipsos diuidentes, quod diuisionem non recipit, per participationem. Emittit ergo Filius Spiritum, sed non absq; Patre: sicut neq; Pater absq; Filio. Quia quemadmodum Patris est Spiritus, ita & Filij: propterea Filius Dei uerbũ Dei est, Filij uerò Spiritus paracletus. hinc est quòd dicit: Mittet Pater in nomine meo: quod nihil aliud significat, quàm in mea uirtute, & in mea potestate. Ego enim emissor sum, sicut & Pater: quia Spiritus à me procedit. Ego enim sine medio Patri coniungor: Ego sum uita & ueritas, & ad ipsum uia. Nemo uenit ad eum nisi me existẽte medio, et alibi dicit Patrẽ sibi attrahere. Nemo, inquit, potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eũ. Liquet ergo quòd Filius offert Patri, et Pater attrahit Filio: q immediatè patri iũgitur,

et æqualiter ei per omnia existit, unde: Qui uidet me, uidet et Patrem: &, Pater in me manens, ipse facit opera: non habeo aliquid singulare, uel à Patre separatum: sicut nec Pater aliquid habet quod à me separetur, sed omnia cõmunia: ergo si in toto Patre Filius est, nõ solus Pater Spiritum emittit. Nam si solus Spiritum emittat, nõ est in toto Patre Filius absq; medio.

CAPVT XII.

ATQVI Methone Præsul asserit non esse Filio Spiritũ æqualem, si ex ipso procedat, tali utens syllogismo. Quod ex duobus est, ei quod ex uno tantum, nunquam est æquale: at qui Spiritus ex duobus est, cum Filius ex Patre solo natiuitatẽ habeat: ergo nõ est æqualis Filio Spiritus, sed aut maior aut minor. Quid ad hoc respondendum arbitrer, aliud nisi complexione simili depromere inconueniens, hoc modo. Quod ex uno, ei quod ex nullo unquã est æquale: at uerò filius ex uno solo Patre scilicet, qui à nullo est habet existentiam: Inæquales sunt ergo Pater atque Filius. Non sunt hæc in quantitatum proprietate, quia neq; mensura, neq; quantitas in diuino est. Propterea uerò nõ sunt propriè duo Pater & Filius

Filius: ex quibus ut ex duobus differentibus, Spiritus existentiam habeat, cũ tantus Deus solus Pater sit, quantus Pater cũ Filio. Sed enim hic quidẽ Vir rursus experimentum sumit fallendi, hoc modo disputans: Si Spiritus ex Patre & Filio procedit, non erit deinceps solus Pater, Pater: nec ultra tota unitas Deitas. Et quomodo utiq; quo cum paternam caussam Filius partitur, nec ultra solus Filius, Filius. Quomodo enim cũ sit Pater in parte Spiritus, nec deinceps unus solus Spiritus? Quomodo enim cum non ex uno, neq; solo? Hoc quidẽ & alia plura, Vir hic complicat, ut uideatur arguens: maximè enim, ut Aristoteles dicit, uolunt uideri arguentes: Sed quoniam commiscet falsa ueris, nihil concludit. Quæ nã uis consecutionis esse potest, si Spiritus ex Patre & Filio procedat, Pater non est Pater, nec Filius, Filius. nec unitas Deitas. Nam similiter quis colligat, si Spiritus secundum naturam à Patre habetur, & Filio Pater est Filius, & Filius est Pater. Vel, si Filius & Spiritus ex Patre diuiso modo existentiam contrahãt, non erit ultra Deus unus & simplex Pater. quòd fortasse proueniret, si Spiritus & Filius dicerentur, per naturam duo, & nõ tantum per proprietates, nec autem unitas secundum naturã est per

sonæ tres simul. sed non diuisim. Qua de re, neq; duæ unitates Pater, & Filius, neq; tres: Pater, Filius, sanctusue Spiritus, unitates existunt. At uerò, una unitas sunt tres personæ, sicut unus Deus, & tota unitas, & tota Trinitas, Deitas. Verumtamen sicut non est aliqua personarum trinitas, ita earum nulla, ut anterius monstratum est, unitas propriè censeri potest. Vnus certò solus & solum Pater, Pater: & unus est solus, & solũ Filius, Filius: & unum & solus, & solum Spiritus, Spiritus sanctus: trinitas tota Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & unitas trinitas, & trinitas unitas, unus enim hoc tria Deus, & Deus hoc tria, & solus Deus: Ideo autem unitatem dualitas, siue trinitas non intelligitur, sed Pater quidẽ fons est earum, quæ ex ipso duarum personarum, & eam ex quo nullæ proueniũt unitates, sed personæ, propterea non duo Patres, non duo Filij, nõ duo Spiritus creduntur: neq; tres Dij, sed unus et solus & totus Deus qui ante omnia, & super omnia, & omnium causſa existit. Palàm est igitur inconsequẽs esse quod illatum est: omne enim quod ex natura infertur ad proprietates, & ex proprietatibus ad naturam, inconsequens est: ut in hoc apparere potest exẽplo: Vnus Deus est tres

personæ

personæ. Igitur aut ingenitus Deus aut genitus est tres personæ: aut procedens: insyllogizatum est, eo quod unus secundum naturam dicitur: Ingenitus uerò genitus & procedens minimè. Ideoque nihil ex his colligi potest. Amplius, unitas in eo quod unitas immobilis est, cum nullam existëtiæ suæ causſam habeat: nanq; omne id, quo prius nõ est aliud, merito immobile putatur: Deo autem nulla existimari causſa potest antiquior, his magnus Dionysius testimonium perhibet. In omni penè, inquit, Theologiæ negotio, Thearchiam conspicamur Sacrosancte sanctam, ut unitatem quidem propter simplicitatem supernaturalis indiuiduitatis ex qua, ut ex unifica uirtute intelligimus in Deo dignam concordiam: ut Trinitatem uerò propter trium personarum supersubstãtialis fœcunditatis apparitionem. Quã obrem, unitas quidem naturæ est, trinitas uerò personarum. Cum igitur à sanctis Patribus unitas dicitur moueri, non ipsi unitati, sed nostro motus animo referendus est, qui Deum in tribus unum speculando personis, eadem prorsus naturam habentibus mouetur: & hoc est, quod Dionysius iterum dicit: Est quidem, inquit, fontana Deitas Pater, Filius uerò & Spiritus, uberis Deitatis, si sic

opportunum sit dicere, germina Deo plantata. Fontanam quidem Deitatem, hoc est, fontem in Deitate Patrem uocat. Propterea solum modo quòd sine principio Pater est, & duobus solus præstat esse, Filium uerò & Spiritum germina Deo plantata, eo quòd ex Patre uterq; esse habet. sed quoniã impropriè Deitas Pater dicitur, subiunxit: si sic oporteat dicere. Nequaquam his uerbis inficiando Spiritum ex Filio esse, magis autem quòd ex Filio Spiritus sit, affirmare uidetur, dum dicit: Filius & Spiritus, & non Spiritus et Filius: tanquam mediante Filio, ex patre Spiritus proueniat. Modus autem proueniendi, nec ex primi, nec intelligi potest, cum sit omnino ineffabilis. Liquet igitur ex his quæ dicta sunt, quòd neque Filius, neq; Spiritus dicitur unitas: pater uerò ut quibusdam uidetur, aliquotiens uocabulo significatur unitatis: ut apud Theologum Gregorium sic disceptantem: Vnitas, inquit, à principio mota in dualitatem usq; trinitatem stetit. Sed uidetur tamen sanctus iste Vir, in hoc loco, abusiuè, unitatem pro Patre, dualitatem pro Filio, trinitatem uerò pro Spiritu sancto translatiuè accipere: cum quidem, quoniam unitas, nomen naturæ significat iuum est, & non personæ, tum uerò

quia

quia Verbum Dei, nequaquam unitatis, Filius dicitur: cum unitas eius Pater nullo modo censeatur. Est autem dicti intelligentia huiusmodi: Pater sterilitatem abijciens, in dualitatē motus est, id est. Filium genuit: & usq; in trinitatem, secundum scilicet Spiritum, stetit: emisit Spiritum: & ultrà neq; generando, neq; emittendo processit. Quidam uerò dictum capitulum aliter uolunt interpretari, dicentes: Vnitatem moueri in dualitatem, & trinitatem absq; medio: putantes, quòd sicut Pater in generationem Filij sine medio mouetur, ita & in emissione sancti Spiritus: hoc si uerum esset, non in dualitatem à principio, sed in trinitatem Pater moueretur, immediatè generando ex se Filium, atq; emittendo immediatè Spiritum. quia certe repugnans ei est ordini, qui de baptizando datus est à CHRISTO discipulis. Similiter autem & glorificationi, de qua iam dictum est, cū & ueritati congeneret quidem non per aliquem, emittat uerò per Filium. Amplius autem, impossibile est ad trinitatem non per dualitatem migrare. Nam si disciplina et dignitate, duo priora sunt tribus, non est possibile intellectu cōprehendi, in trinitatem stetisse, per dualitatē minimè progredientem. Atqui disciplina & dignitate

tate, trinitate prior est. Et unitas quidem dualitate prior est, eo quòd non conuertitur, secundum subsistendi consequentiam. Nam cum duo sint, ut Aristoteles dicit, statim sequitur, unum esse. Vno uerò existente, non necesse est duo esse. Sic utique cum sit trinitas, sequitur statim dualitatem esse: dualitate uerò existente, non necesse est Trinitatem esse per consequentiam: quia tertium ad secundum refertur, secundum uerò nõ ad tertium, sed ad primum. Ex quo euidentissimè apparet, quòd Pater & Filius sancto Spiritui æqualiter esse præstant. Quapropter, Filius etiam in sancta Trinitate principium, ut superius disputatum est, nuncupatur. Solus igitur Pater absq; initio, & absq; caussa existit. Caussa uerò & principiũ non solum. Qui quidem moueri dicitur, ut disciplina indisciplinatis existens, eos q; informans, immobiliter ipsa permanens. aut ita mouetur, ut Aristoteles solem diem occidere, infixaq; astra moueri: qui nequaquam secundum se. sed secundũ absentiam nostræ uisionis mouentur: Noster utique, inquit, uisus obtensus longè nutat propter imbecillitatem, quod quidem caussa forsam est, ut reuibrare uideãtur astra, quæ infixa sunt: planetis non reuibrantibus, ad quos sufficit uenire uisus.

uisus. Quòd uerò ab oriente in occidentem progressu solis occasus apparet, non est ipsius solis, sed nostri uisus: sic igitur diuinum, cum sit immobile, prorsus secundum naturam & substantiam moueri dicitur, dum nostram intelligentiam monet ad se speculandum, faciendumq; differentes inuestigationes, de trinitate, de unitate, atq; personarum proprietatibus. Item moueri unitas dicitur in dualitatem, usq; in trinitatem, non ulterius: quoniam iste numerus perennitatẽ, & identitatem habet: & idem principium, idem mediũ eundemq; finem, quod numerorum alius quispiam adeptus non est. Etenim, unitas principium, unitas medium, & unitas finis. Omnia sunt unum, & tria sunt omnia, ut Aristoteles asseuerat: Corpus, inquit, solum magnitudinum perfectum est, solum enim diffinitur tribus, quod quidem omnia esse dicitur, eo quòd principium habet, & medium, atq; finem: & quòd nõ sit magnitudo, quæ tribus plus habeat dimensionibus. Quemadmodum igitur in tribus personis, diuinum, perfectionem habet, sic & omne corpus, in tribus distãtijs ut Ptolemæus docuit: Oportet nanq;, inquit, tres distantias diffinitas esse, & eas secundũ rectas accipere cathethos: tres enĩ

solas rectas adinuicem lineas possibile sumere, duas quidem secundum quas superficies diffinitur, tertiam uerò quæ profundum mensurat. At uerò tertium personarum copula, omnem cogitandi seriem, omnem exsuperat rationum uigorem, naturamq; supra omnem collocata est, eo quòd absque tempore unum principium existant diuinæ tres personæ: Nam licet ex Patre sit filius, & ex Patre ac Filio Spiritus sanctus, nõ tamen post Patrẽ Filius, neq; post hos duos Spiritus esse incœpit. Nullum profecto momentum dandum est, siue punctum omnino, quo Pater Filium, seu Spiritũ præierit. sicut sol non prius luce sua extitit, neq; radios præcessit lux. Qua de re, nõ prorsus caussam, eo quòd ex causa uidetur antiquior. At Methone Præsul, inuestigandum, inquit, est quomodo sentiant, qui fatentur Spiritum ex Filio procedere, siue ideo, quia filij dicatur: siue quia uniuersaliter, omne quod alicuius dicitur esse, ex eodem ipso procedere uideatur: hoc si ita est, quia Deus Abraham esse dicitur, & Isaac, & Iacob, ex his utiq; & procedat, & mundus omnis. & item: Magis, inquit, ut oratio familiaribus fungatur exemplis: Quoniam ipse Pater & Deus dicitur, & pater CHRISTI, ex ipso procedat, ut ex Filio

leo ad Patrem. & in omnem Deitatem blasphemia pertranseat.

CAPVT XIII.

THEOPHILACTVS quoq; Bulgariæ Archiepiscopus super idem capitulum hoc modo disputat: Nō est in tempestiuum in hoc loco dicere, negotio se ipsum offerente: quo modo habeat Filius Spiritum, & quo modo Spiritus sit filij? dicit enim Apostolus: Spiritum filij sui in corda nostra misit clamantem Abba Pater: & alibi: Si quis Spiritum CHRISTI non habet, hic non est eius. At uerò Latini hoc suscipientes, & desipientes fatentur, quòd Spiritus procedat ex Filio. Nos autem primum hoc dicimus ad eos, quoniam aliud est esse ex aliquo: & aliud est, esse alicuius: ueluti Spiritum esse quidem Filij, indubitabile est, & scripturæ testimonio firmatum: esse quidem ex Filio nulla scriptura perhibet, ut non duas causas Spiritus, Patrem scilicet atq; Filium introducamus etiam inquit. Sed insufflauit discipulis, & dixit: Accipite Spiritum sanctum. O insipientiam, si ter dedit discipulis Spiritum sanctum quando insufflauit. Quomodo ergo dicebat: Accipietis uirtutem superuenientis Spiritus

sancti

ſancti in uos, non poſt multos hos dies? aut quomodo in Penthecoſte credamus aduenisſe Spiritum, ſi ſero in die reſurrectionis ipſum dedit, ter utiq; inſufflauit? Sed hic quidem ſunt lati riſus, Manifeſtum ſanè, quòd ter illis Spiritum ſanctũ nequaquam dedit, ſed unum donorũ Spiritus ſancti, dimittendi ſcilicet peccata. Et rurſus: Habet aũt Filius ſpiritũ ſubſtantialiter, ut conſubſtantialẽ ſibi, nõ ut energumenũ. Prophetæ quippè agũtur, & item dicitur Spiritus eſſe Filij, ſecundum quòd unitas eſt filiis, & uirtus, & ſapientia. ſanctus uerò Spiritus & unitatis, & fortitudinis, et ſapientiæ Spiritus apud Eſaiam deſcribitur: dicitur autem Filij ſpiritus, quia per Filium datur hominibus. Vtq; ſanè uiroum iſtorum, ut uera fatear, humi haurit, et nequaquam Dei creaturarũ attingit, utq; quàm plura inconuenientia implicat: ſed quoniam ſine demonſtratione incredibilia ſunt atq; incerta, cum neq;, ex communibus conceptionibus, neq; auctoritatibus ſanctorũ huiuſmodi argumentationes irradiatè ſint. Quapropter temptabo quantum dominus præſtat, ueritatem reſerare ac detegere, ne falſitas pro uero recipiatur, lucernaq; ueritatis ſub huiuſmodi procellarum incurſionibus uideatur extingui. Primũ igitur

igitur dicendum est, quòd sicut Spiritus sanctus specialiter nuncupatur Spiritus, sic utique sapientia, uirtus, & unitas Filius nominatur. At tamen Pater sanctusq; Spiritus est, quando eiusdem applicationibus utuntur. Non enim intelligi potest, sine sapientia sapiens: nec potens absq; potentia: sicut nec absq; dilectione diligens. Est autem sapiens Pater, sapiens Filius, & sapiens Spiritus sanctus. Similiter autem uerus & potens. confert autem Spiritui Pater esse, confert autem cum illo & Filius. Etenim Spiritus Patris & Filij caritas, æquè ac substantialiter, & secundum naturā. Ast fortè nominati prius Viri ex Filio esse Spiritū ideo inficiati sunt, quod secundū nullum modū eorum qui dici ex aliquo à Philosophis consueuerunt, ex ipso sit Filio Spiritus. Sunt autem qui dici consueuerunt, ex aliquo modi, hi quippe quidē ex aliquo esse dicitur, quod ex materia & forma consistit. Nam ex materia dicuntur materiata, et ex forma quæ in illis formata: secundum quem modum ex Filio Spiritus esse non perhibetur. dicitur quoq; aliquid esse ex aliquo, ut ex efficiente caussa, & ex imperfecto, perfectum: ut de puero dicere consueuimus, iuuenem fieri. Sed enim ex partibus totum, & ex contrarijs contraria, & quidē

equidē posterius fit, ut ex Hæbraicis Græca, & ex Græcis Latina. At qui secundum nullum dictorum modorum ex aliquo Spiritus Filij est, porrò neq; patris. Nam neq; materia neq; species Spiritus sancti Pater, neq; pars, neq; ut ex contrario fit permanente subiecto, eodē ad contrarij permutationē, quod per passionē fit, & alterius corruptionē: sed à Spiritu sancto corruptio abest omnis, & uniuersa penitus altercatio, quæ nō uariatur per tempora, quasi ante paruulus extitit, & ut puer in uirum, sic per momenta temporū, ad incrementum ueniunt. Alius certè modus est existentiæ, secundū quòd amborū Patris scilicet et Filij, Spiritus esse cēseatur: ineffabilis & inuestigabilis, licet dictus Spiritus polliceatur dicere creaturæ omni. Veruntamē apud Latinos, omnis patet per fidē Patris & Filij esse Spiritū substātialiter, et secundū naturā, & æqualiter, quia nō minus Filij, magis uerò esse apparet Patris, scilicet utriusq; per omnia æquè existit. Ob quā rē, non est secundū abundantiā uel defectū alterutrū, quia quot modis est Patris, totidem Filij existit secundum naturā, substantialiter secundū causſam: et secundū emissionē, id est, processionē Ad hoc autē quæ superius posita sunt, ut oppositā, scilicet,

aliud

aliud esse ex aliquo: & aliud alicuius, eidē in pluribus cōuenire inueniūtur. Nā pars quidē totius est, & ex toto: et arboris fructus, et ex arbore: et spuma maris, & ex mari: et sicut impoßibile est, fontis esse aquam, & non ex fonte, sic impoßibile est, Spiritum eße Filij, & nō ex Filio: aut Patris, & non ex Patre Filium Spiritumq;. Pater uerò non, eo quòd non sit alicuius, ut ex aliquo, sed in eo, quod generat Filium eius dicitur. Non est igitur congrua comparatio duorum Abraham et Spiritus. Quippe, Deus dicitur Abrahā ut creator, & dominus Abraham: forsan uero, & ut amicus illius. Intellectus autem & fortitudinis & similium, ut efficiēs causſa dicitur: Sed Spiritus dicitur Filij & patris, ut ex Deo ens, & ipse Deus non ut aduentitium aduenientio extrinsecus (hoc enim quis asseuerare audeat?) sed ut plenitudo eius, qui certè non aliter sano intellectu comprehendi potest, secundum quod tertius dicitur a Patre, ut prius dictum est, nisi ex Filio habere substantiam intelligatur & consideretur, hic utique Spiritus iuxta Domini uocem ueritatis est, quia dicitur Spiritus ueritatis: qui profecto in quantum ueritatis est in tantum Filij existit, & ex ipso existentiam sortitur, quod hoc modo manifestius

manifestius forsitan esse poterit: Si Spiritus ueritatis est, ex ueritate autem esse non habet, sed accidens uerus est idem Spiritus. ut motus secundum accidens, calidus nuncupatur, eo quòd calidum faciat, at uerò non est uerus secundum accidens. ergo ex ueritate esse habet: huic syllogismo exemplorum multitudo fidem porrigit: Ecce enim, humana anima, quia non est ex unitate, secundum accidens uera prædicatur: sicut & alias uirtutes dinoscitur habere. Nõ enim naturaliter inest uirtus uitiumq; quod apparet ex facili eorum permutatione. Ea quidẽ cũ ex ratione esse habeat, non est secundum accidens rationale: corpus uero quia non habet esse ex colore, secundum accidens coloratum est. Sic utiq; Spiritus sanctus, si ex unitate non habet esse, adueniens & aduentitia est eius ueritas: cũ ipse ueritatis prædicetur, & eius dicatur esse. Igitur sicut est ueritatis, sic et esse & subsistere habet eò ueritate, & ex ipsa, Filio scilicet, procedit secundum personarum ordinem. Namq; ueri ordo non est, nec alter alterius caussa existit. Quod si constèt, neq; principiũ, neq; caussam in Trinitate poßit inueniri. Item rerum existentium trẽs ordines sunt apud Philosophos. Nã hæc quidem earum omnino separabiles sunt: subsistentia,

sistentia, scilicet & intelligentia, ueluti diuinæ: hæ uerò modis omnibus inseparabiles esse, & intellectu ut naturales: aliæ uerò, secundum quid separabiles, & secundum quid inseparabiles, utpote Mathematicæ: quæ mediũ inter supradictas locum obtinent: communicantes quidem diuinis, in eo quod separabiles: naturalibus uerò, secundum quod non separãtur. Similiter autem his in terminis. syllogismorum perfectæ figuræ rectum posidentibus ordinem, medium semper extremitatibus communicat: & secundum habitudinem semper alterutrum respicit, nunc prædicatus, nũc subiectus. Amplius: Rationalem animam Philosophi trifariam diuidit: irascibilem ipsam habere proponentes, ratiocinatiuũ, atq; concupiscibile: sed ratiocinatiuũ aiunt deriuari: concupiscibile subiugari: irascibile autem modo fungi diuino, modò cohæreri subiectione. Palàm est igitur, ut puto, quod in solitario naturæ, & in trino personarum ordine ineffabili, quemadmodum ex non habente principium Filius nascatur, ita et ex Filio proueniat Spiritus. Sed quoniam hic planè iã patescet, uadendum deinceps ad alteram obiectionis partem: hanc, scilicet, utrum CHRISTVS insufflando in faciem discipulorum Spiritum sanctum

n

ctum eis dederit? an absq; Spiritu donum, id est, uirtutem operãdi miracula, discipuli acceperint? forsitan neq; ad huius solutionem sermo elangueret, at Gregorio qui Theologus cognominatur, super hæc disceptante, taciturnitati famulandũ est ad modicum, hic utiq; de dato discipulis Spiritu, hoc modo disputat: Spiritus sanctus in CHRISTI discipulis, tribus modis operabatur, prius et per tria tempora, antequam glorificaretur CHRISTVS passione: post glorificationem in resurrectione: atq; post ascensionem in cœlos. et primum quidem leniter, secundo autem uehementer, tertiò uero consummatius, nõ ultra præsens actu ut ante, sed substantialiter: ut quis fatea tur conuersando et commanendo. Insufflat autem dũ demõstrat se esse qui à principio nostrã naturã condidit: ait enim, quodã in loco Moyses: Et plasmauit Deus hominem, limum accipiens de terra, et insufflauit in faciẽ eius spiraculũ uitæ. quoniam quidẽ, per inobedientiã in mortẽ ductus est, et ab antiquo illo honore dilapsus, renouauit illum CHRISTVS denuo, morte suæ carnis, destruẽdo mortẽ, et ad pristinũ honorẽ reduxit: per insufflationẽ auolantẽ absistentẽq; à nobis, Spiritũ iterũ nobis restituẽs. Sed enim Appollinaris his simi

lia profite-

lia profitetur: Insufflauit enim, inquit, in faciem Adam spiraculum uitæ, & postquã à mortuis rediit, insufflauit in faciẽ discipulorũ, ut reformati ad antiquam imaginem, cõformes appareant suo factori, per Spiritus participationem. Idem inclitus Papa Romæ Gregorius dialogo astruit dicens: quod per insufflationem illam CHRIstus Spiritum sanctum discipulis dederit: In terra, inquit, datur Spiritus, ut diligatur proximus: è cœlis datur, ut diligatur Deus.

CAPVT XIIII.

CAETERVM huic sententiæ, Ioannes Chrysostomus cõtraria uidetur asserere, & solus. Quomodo ergo, inquit, nisi ego abiero, ille non ueniet, nisi Spiritum dedit. Non enim tunc Spiritum dedit, sed aptos illos ad suscipiendum reddidit per insufflationem: & post modicũ idem dicit: Nequaquam quis peccet, & tunc accepisse eos dicens potestatem, aliquam spiritualem & gratiam. At non mortuos suscitandi, uirtutesq; faciendi, sed dimittendi peccata: differũt nẽ pe dona Spiritus sancti. ideoq; subiunxit: Quorũ remiseritis peccata, remittuntur: & quorum retinueritis, retenta sunt. ostendens quam formã ope

rationis tribuat. Post quadraginta uerò dies, signorum acceperunt efficatiam: unde & dicit: Accipietis uirtutem superuenientis hunc sancti in uos. Qua iure, seipsum interpretatur, Quomodo dixerit, non tunc dedisse Spiritum, id est, nõ omnem spem operationis Spiritus perfectè tunc largiebatur: Theologo Gregorio consentiens dicenti. Primum quidem leniter, secundo autem informatius, tertio uerò consummatius. Ipse enim IESVS testimonium perhibet Spiritum accepisse discipulos per insufflationem, dum dicit: Accipite Spiritum sanctum. Nemo enim nihil porrigens illusor nisi sit, dicit accipite: IESVS autẽ dixit eis, accipite. Qua de caussa manifestum, quòd aliquid eis largitus sit: Quod si aliquid eis dedit. aut quid erat in uoce, aut quid uoce non significabatur. At nullus lapidem porrigens, cum sit mentitus post, ex industria dicat, accipite panẽ: ergo quod uoce significabatur, donauit, silicet, Spiritum sanctum. Quòd siquis adhuc contentionis finem contrahendo dicat: Nõ tũc Spiritum sed unum donorum sancti Spiritus dedisse, Remittere, scilicet peccata: attendat, si huius modi uirtus separabilis sit: Sed patet, quod non sit separabilis, cum nihil secundum accidens, diuinis insit

sit hypostasibus. ergo dum dat Spiritum, largitur totum, non partem: Scimus enim, quòd Spiritus sanctus non diuiditur: in quo non est partes accipere, cum totum sit, quod est & indiuiduum. Igitur totum discipulis Spiritum simul donauit. Sed quærunt quidam, si tunc spiritum dedit: quare dixit, Nisi ego abiero, paracletus non ueniet ad uos? Et item dicunt: Si tunc insufflando dedit spiritũ sanctum, quõ in die Penthecostes rursus dederit? ad quod dicendum, quòd in die Resurrectionis, dedit quidem Spiritum, sed non secundum omnem operationis speciem. In die uerò Pentheco † actus
stes, dedit eis Spiritum, secundum omnem in ipsis operationis speciem. Amplius: Quæratur & ab illis: Nunquid Spiritus sanctus Deus est? Nũquid Deus utiq; est, ergo & Spiritus sanctus utiq; est? Quòd si utiq;: manifestum quòd in Apostolis tũc extitit. quomodo ergo in quinquagesimo die, Spiritum sanctum ad discipulos misit, quibus cũ idem Spiritus aderat? ad personarum certè discretionem, & propter operationũ in ipsis Apostolis efficatiam, huiusmodi distinctiones fiunt. Ad hoc insufflasse CHRISTVS ut emissor, in eo, quòd Deus in faciem discipulorum creditur, tum, ut per hoc intelligeremus Spiritum uerè de

illo procedere, ut de profundo corporis eius, ille flatus euaporabat sensibiliter, tum, quod ad habendum & quasi possidendum Spiritum eis daret. quòd in die Penthecostes ad robur & operationem, ostensionemq; signorum è cœlis discipulis eisdem mississe fertur. Quòd ex hoc liquidò apparet: præsente CHRISTO raro signa faciebant eius discipuli, quo in cœlum abeunte, ac mittente Spiritum, per manus Apostolorũ signa fiebant: unde in specie ignis missus dicitur, ut eos qui adhuc quasi limus erant, molles existentes, corroboraret atq; confirmaret. Nónne ante hac primus discipulorum Petrus ad uocem expauerat ancillæ? hic tempore post corroboratus, principum orbis tyrannidem contempsit. Ex his igitur manifestum esse potest, quòd nõ sit uecordiæ neq; imprudentiæ, si quis dicat CHRISTVM discipulis tũc Spiritum dedisse, quando post resurrectionem eis dixit: Accipite Spiritum sanctũ: cum scientissimi Græcorum idemq; sanctissimi, hoc cõprobauerint, ut ostensum est: porrò nostri temporis homines errorem hoc reputant, & insaniam: pro eo solum, quòd Spiritus processionem ex Filio abolere conantur. qui ab ipso saluatore testimonium habet dicente mulieri quæ fluxũ sanguinis

guinis patiebatur, et fimbriam uestimenti eius cõ tingebat: Quis me tetigit? noui enim uirtutem exisse de me: Deus enim sum, & Spiritum habeo, in quo eijcio dæmonia, coæqualem mihi sanitatũ largitorem. Nam uirtutem exire deintus, & ex propria natura Deo soli cõpetit, eiusq; solius proprium est, qui supra omnem creaturam esse recta fide creditur. Prophetæ nempe, ex seipsis non habebant exeuntes uirtutes, qui gratia tantum Dei, miraculis corruscabant: clarebant doctrinis, & Dei cõsilia manifestabãt: Atqui CHRISTVS fons totius boni, potentiæq; omnis de se Spiritum exeuntem, licet non localiter transmigrantem, habet disciplinæ instar, quæ apud Doctores cõmanens, discẽtibus attribuitur. Noui, inquit, uirtutẽ exisse de me. in eo quòd Deus sum: nam in eo, quod homo, non habet consubstantialem sui Spiritum sanctũ. nec de se exeuntem. sed super se stantem. Cum igitur ex se uirtutem exire commonstrauerit, euidentissimè Spiritum ex se procedere docuit. Quando autem resuscitauit Archisynagogi filiam, cum nollet quippiam huiusmodi ostendere, tenuit puellæ manum, & clamauit dicens: Puella surge: nulla in hoc significando Sancti spiritus imbecillitatem: neq; quòd insufficiens foret

Spiritus mulierem uitæ restituere, sed in medio tantum, quòd caro eius eadam quæ Spiritus operaretur mortis corruptionisq; interemptoria, eo quòd propria uerbi facta fiũt omnia uiuificantis. Neq; tamen præter Spiritum hoc egisse credendum est, in quo renouauit hominem, & in discipulorum faciem insufflando restituit perditam gratiam, & omnem huiusmodi administrationem per fidem: hinc est quòd Theologus Ioannes in quadã epistola denũtiat, dicẽs: Hæc autem scripsi de his qui seducunt uos, & unctio quam accepistis ab eo maneat in uobis, & nõ opus habetis, ut quis doceat uos: sed ut ipsa unctio docet uos de omnibus, uerax est, & nõ est mendacium. Ecce unctionem Spiritum sanctum dicit quã à CHRISTO acceperunt. quem qui constanter apud se tenent, non opus habent, ut quis eos doceat. Lucas quoq; de CHRISTO loquens dicit: In ipsa hora exultauit IESVS Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater domine cœli & terræ, quoniam abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus: Exultauit spiritu sancto, id est, indiciũ præstitit, quòd ex se, ut ex Patre Spiritus procederet, qui spiritus huiusmodi mysteria paruulis & mundis corde, reuelat. Repleti sunt Apostoli Spiritu sancto, sed

non

non similiter CHRISTO. Non enim ex se habebant, sed extrinsecus acceperunt. IESVS aũt non ex aduentu, non ex adiectione uel extrinsecus, sed ex seipso Spiritus plenitudinem, ut Dei filius habet, & habuit. Quod manifestè in nono aduersus Nestorium, eiusq; complices, capitulo. Magnus Cyrillus enunciat dicens: Si quis dicit, unum dominum IESVM CHRISTVM glorificatum à patre, tanquam aliena uirtute per ipsum utentẽ, & ab ipso accipientem, agere posse cõtra immundos Spiritus, & perficere in hominibus diuina miracula, & non magis propriũ ipsius Spiritum dicit: per quod operatus est cœlica miracula Anathema sit. Quod idem Sanctus sic interpretatur: Homo factũ unigenitum Dei Verbum permansit, & sic Deus omnia existens quæcunq; & pater: excepto solo, quod sit Pater, & proprium habens ex se, & substantialem naturaliter Spiritum sanctum: operatum est diuina miracula, unde & homo factum permãsit. sic Deus ut propria uirtute, per Spiritum impleret miracula. Qui autem dicunt, ut hominem unum similem nostri, scilicet sanctorum glorificatum, & ipsum per Spiritus operationem, nõ ut propria magis, sed ut aliena & non Deo digna utentem, & tanquã in gra

Cyrilli Anathema.

tiæ parte accepisse à Spiritu quod in cœlos ascendit. iustè subiacebunt uirtuti Anathematis.

CAPVT XV.

VERVM hoc cũ undecimũ capitulũ Theodoritus Cyri Episcopus infatuata cõfidẽtia, cõtra fas infirmat, quæ multo digna sunt, pro nihilo faciens, & quæ nefaria, magnipendens. Qui & in Cyrilli hæc scilicet, uerba, Proprius est Spiritus Filij: talia scripsit: Siquidem ut consimilem, & ex patre procedentem asseruit, consspondebimus & ut piam suscipiemus uocem: si autem ut ex Filio, aut per Filium existentiam habentem, ut blasphemum & impium abijciemus. Credimus enim Domino dicenti: Spiritus qui à Patre procedit: & beatißimo Paulo similiter enuntianti: Nos autem non Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est. Vbi uerò hic idem Theodoritus, ex Magni Cyrilli scriptis plenum certificatus est, quòd cum Latinis de processione Spiritus sancti dogmatizaret, quæ sequuntur, oblocutus est: Blasphemat & in Spiritum sanctum, dum non ex Patre solo illum asserit procedere, iuxta Domini uocem: sed ex Filio eundem existentiam habere: hi sunt Aegyptij partus, malo pa

tre germina deteriora. Respondendum quidem erat conuiciatori huic, sed quoniam idem Magnus uir iustus est respondere, & pro se facere conuiciatori suo responsionem, ego quidem taceo ipso respondente hæc. Scimus quidem, inquit sanctus, CHRISTVM sancti Spiritus operatione, malas & immundas uirtutes contriuisse: sed nõ sic famur ipsum, ut utiq; sanctorũ quemlibet quasi aliena uirtute uti per Spiritũ. Erat enim et est eius Spiritus, sicut utiq; et Patris: et hoc nobis euidenter planum facit, sanctus Paulus, ubi scripsit: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt: uos autẽ non estis in carne, sed in Spiritu, siquidẽ Spiritus Dei habitat in uobis: si quis autẽ Spiritũ CHRISTI non habet, hic non est eius: procedit quidem de Patre Spiritus sanctus, iuxta Saluatoris uocem, sed non est alienus à Filio, omnia enim habet cum Patre, & hoc ipse perdocuit dicens de Spiritu sancto: Omnia quæcunq; habet Pater mea sunt, ideo dixi uobis quia de meo accipiet, & annũtiabit uobis. Ergo clarificauit IESVM Spiritus sanctus, operantem inopinabilia: uerum ut Spiritus eius, & non aliena uirtus, et ipso melior secundũ quòd intelligitur Deus. Nõ igitur blasphemauimus in sanctos Angelos, neq; in Prophetas

ut

"ut ausus est dicere, qui solum nouit conuiciari. Eo "quòd eius, & eorum qui cum eo intentio sit, diui "dere in duos CHRISTOS, unum, & alterũ "quidem glorificatum & energumenum: alium ue "rò glorificantem, & operantem dicere. Vituperãt "insipienter omne uerbum pium, & quòd ab huius "modi eos absistere facit praua opinione. Et rursus "in Epistola, contra impium Nestorium: Nam & "si sit in persona Spiritus propria, & intelligatur "per se, secundum quòd Spiritus est, & nõ Filius, "ueruntamen non est alienus ab ipso: Spiritus e- "nim ueritatis nominatur, & est CHRISTVS "ueritas, ex quo emanat, quẽadmodũ utiq; ex deo et Patre. Quare patet hic Theodoritũ ex Filio Spiritũ existentiã habere, interpretari, Spiritũ ex Filio procedere, quod ueritas habet: & Magno Cyrillo aduersari, eo quòd assereret habere Spiri tũ ex Filio existentiam, cui quidẽ, scilicet Cyrillo, maximè credẽdum esse Græcus etiã cõfiteatur: nisi forte qui uestigia Photij Patriarchæ Constan tinopoleos prosequitur. Cuius quidem Sophisma tum laquei, & tristes ac atroces iniuriæ in Latinos, breuiter hic, quia sermo appetit, exprimen dæ sunt. hic enim est, qui post Theodoritum in æquorea puteum fodiens harena, non semina, sed

Photus Patriarcha Constãtinopolitanus

Cienena

uenena sepeliendo, diri ualde languoris fidei Christianorum causſa factus est. Profe ctò hunc cum suis complicibus Esaias deplorat dicendo: Ve qui sapientes sunt apud semetipsos, et in oculis suis prudentes. At uerò iam exponenda est supercilioſa et extraria mendacium amantis Patriarchæ contradictio, & turpiloquium. Est quidem, inquit, aduersus Latinos acutum & inuitabile telum, & ante omnia alia Dominica uox, quæ feram omnẽ, omnemq; uulpem attonitam faciendo exterminat & demolitur. Quæ est hæc: Spiritum quæ ex Patre dicit procedere: Ex Patre Filius Spiritum procedere astruit, & tu autorem quæris, per quem facias, immò perficias impietatem, dum fabularis Spiritum ex Filio procedere. Si communis saluatoris, conditoris, & legislatoris dogmata, ut à tua uecordia euincantur, impetum non formidasti capere. Quid utiq; aliud quiſpiam accipere quærat, per quod tuum penitus coarguat impiũ studium. Si tu Dominicas despicis leges, quis religioſus tuam non abominetur opinionem? Quid utique aliud te de ruina erigat? Quæ autem medelæ astutia, totum corpus occupanti plagæ medeatur? non ei quàm salutaris sermo effecerit, sed ei quàm spontanea indidit ægritudo, quæ Dominicæ do-

cæ doctrinæ medicamentum, ex incredulitate litigando permutat in rem, quæ iuuare nõ potest, mortiferam: magis autem, dum debellatorem aduersum inimicos gladium diripit, qui quærit in eorum parte annumerari. Propterea te humi iacentem sub bicipiti gladio spiritus, nihilominus tamen, & nos pro communi Domino, amorem et promptum animũ demonstrantes, quæcunq; calculi sacræ nostræ, armantis nos militiæ ad dimicandum commouent. Sed neq; ea quæ ex hac fiũt uulnera, ut fugias curam, extra faciemus. Si enim ex una caussa Patre, Filius Spiritusq; proueniunt, licet hic quidem per generationem, ille uerò per processionem: est autem rursus Filius spiritus productor, quemadmodmu blasphemia clamat, Quo modo utiq; consequentiæ sustineat ratio, quòd Spiritus Filij non sit productor? Cum enim æqualiter ambo ex una caussa proueniant: si alterũ alteri caussæ usum suppleat, neq; uerò alteri alterũ, nónne ad æqualẽ recõpensandã gratiã, Spiritum esse causam immutabilis ordinis obseruantia exigit? Ecce post primũ uaniloquiũ, et illecebras præfidis, et autoris totius schismatis, impudica lingua et inficiatrix cõscientia, quantã cõceperit et peperit blasphemiã? scribere ausa, quæ nullus alius, et

superuacuos

superuacuos extrema arrogãtia syllogismos cõponere. Similis interrogatio eidẽ imminet: Si enim ex una causſa Patre, Filius Spiritusq; proueniũt: mittit autem rurſus Spiritum Filius, ut ipſe perhibet: quomodo utique conſequentiæ ſuſtineat ratio, non generari Filium, uel mitti à Spiritu? Cum enim æqualiter ambo ex una cauſſa proueniant, quantum à Patre Filius accipit, tantundem accipere debet Spiritus. Quare ſi Filius mittit Spiritum, & Spiritus generat Filium: ut quemadmodum Filius à Patre mittit Spiritum, ita & Spiritus recompenſando gratiã, à Patre generet Filium. Amplius. Filius à patre accipit, ut eius ſit Paracletus, quare non ſimiliter accipiat Spiritus, ut eius dicatur Verbũ? Quare quidẽ recõpẽſatio et æqualitas in hoc extitit, ut ſicut Filius à Patre accipit cauſam eſſe Spiritus, ſic utiq; Spiritus ab eodẽ Patre accipit cauſatiuũ eſſe Filij. In quo nõ corrumpitur fidei ratio, ſaluis adinuicem utiq; proprietatibus, pariter atq; æqualiter. Et rurſus idẽ Hæreſiarcha, et nouæ Philoſophiæ complaſmator, non erubeſcit impudicum principium attribuere ſermoni. O ſenſum, inquiens, intemperantia ebrium & impietate: ô linguã impietate audacẽ. Quis dixit ſacerdotũ ſeu Patrũ noſtrorũ,

Spiritum

Spiritum ex Filio procedere? Quæ synodus uniuersalibus sponsionibus firmata & adornata: magis autem quod Pontificum diuinitus adunatum collegium, non hanc sententiam, & ante quàm appareret Sancti spiritus inspiratione condemnauit: per quos Spiritus sanctus, Patris esse iuxta Dominicam institutionem apparet. Ex quo liquidò procedere magnis uocibus prædicauerint? Et quidem non sic sentientes, ut uniuersalis, & Apostolicæ Ecclesiæ contemptores, subdiderunt Anathemati. Ab antiquis enim temporibus, nouiter ortam impietatem, præsagis prouidentes oculis, & ipsam cum anticipante multifaria discessione, scripto, uerbo, atq; sententia condẽnaret. Dogmatizauit statim uniuersalium et sacrarum Synodorum secũda, Spiritum sanctam, ex Patre procedere, susceptit tertia, quarta confirmauit, consensum præbuit quinta, sexta adiudicauit, splendidis consignauit certaminibus septima: per singulas earũ est patenter uidere fiducialiter egisse pietatem, et spiritum ex Patre, sed non ex Filio diuinitus annunciatum procedere. Te uerò quis grex impius perdocuit, quis contrarias leges Domini ponens, legibus incidere in nefarias sectas subinduxit? In errorem inuium, hic Hæresiarcha inductione hac

ne hac,& ueriſimilitudine ducere temptat, non ſolum idiotas,uerum & ſcientes,qui quidem quoniam ex proprijs loquitur,falſitatis operariũ ſermonem efficit,diſſeminat uerba,perſcrutatur propria,dum quærit quæ ſynodus ſancierit dicere Spiritum ex Filio procedere. Quare ſine querela utinũc poſſum, eiuſdem maledici ſermonibus,& efferre: O ſenſum ab incontinentia crapulatum,& impietate. Obmitto reliqua,quæ penè certũ nõ habent numerum,uenio ad magnos fidei articulos. Quæ ſynodus offerri fermẽtatum, lanceaq; illud percuti cõſtituit? Panis quidem azymus erat ille: quẽ accipiens Dominus dixit: Hoc eſt corpus meum. Nam legale paſcha,prius cõſumauit: dein myſticam illam perfecit cœnã in eadem menſa. Refert enim Chryſoſtomus ubi de traditione Iudæ ac Paſcha diſputat: Vbi uis paremus tibi comedere Paſcha? non hoc noſtrum,ſed Iudaicum: illud enim diſcipuli parauerunt,noſtrum autẽ ipſe parauit: & iterum in eadem menſa,uterq; fit Paſcha, & quòd figuræ,& quòd ueritatis. Magnus quoq; Cyrillus,in ſexto,De eo quod eſt in ſpiritu & ueritate obſequio,ſermone,talia loquitur. Dies quidem ſalutaris huius et deſiderabilis occiſionis,ſecundum lunam quartamdecimam: Sic uerò

Paſchã Chriſtus quòmodo celebrauerit.

lex prædixerat manifestè saluatoris nostri occisionis tempus, quoniam pro mundi uita sustinuisse dicimus ipsum: decima, inquit, mensis primi, tollat unusquisq; agnum pro domos iuxta numerum animarum: & seruabitis eum usq; ad quartamdecimam mensis huius, immolabitq; illum uniuersa multitudo filiorum Israël ad uesperam. Audis quomodo à decima tollebatur, & usq; ad quartam decimam seruabatur, quondam uictima. ut quintum intelligas tempus, in quo factus homo pro nobis sustinuit mortem, minui iam incipiente luna, quæ noctis principio dicata est.

CAPVT XVII.

SED enim Epiphanius, Cypri Archiepiscopus, in libro qui Panaria nuncupatur, contra Ebionitas comestionem carnium inhibentes. Quomodo, inquit, non protinus eorum amentia coarguatur, primum quidem Domino comedente Pascha Iudæorum? Pascha autem Iudæorum agnus erat, & azyma, carnes agni, asse igni: & quæ comedebantur, prout ei discipuli dicunt: Vbi uis paremus: et cætera. Et rursum: Desiderio desideraui, hoc pascha manducare uobiscum. Non dixit simpliciter pascha, sed hoc pascha: pascha

uero

uero erat ut dixi, carnes asse igni & reliqua: & iterũ idem Sanctus ut uere dicebat: Desiderio desideraui hoc pascha, carnes, scilicet, manducare uobiscum. Planè autem ostendit quòd & pascha consumauit, & carnes manducauit, ut dictum est, dicit autem & lex, Habebitis hanc diem in monimẽtum, & celebrabitis eam solemnem Domino, cultu sempiterno: Septem diebus azyma comedetis, in die prima non erit fermentatum in domibus uestris: quicunq; comederit fermentatum peribit anima illa de Israël: à die prima usque ad septimum, primo mense, quartadecima die mensis ad uesperam comedetis azyma. usq; in diẽ uicesimamprimam eiusdem mẽsis ad uesperam, septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus uestris: omnis quicunq; comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israël, tam de aduenis, quàm de indigenis terræ. CHRISTVS autem non fuit aliquo modo transgressor legis alioquin iustè occidissent eum. Quamobrem azymum benedicens fregit, & dedit discipulis, & dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Ideo Latinorum sancta Ecclesia æternaliter azyma offert & immolat, nequaquã in hoc Iudaizans, cum in anno illi semel, & nõ proposito simili. hoc uerò per

petuo, secundum CHRISTI traditionem pro
fecto si hoc esset Iudaizare: qui utuntur tem-
plo, altari, oleo, aqua, lumine, thuribulo, angelo-
rum imaginibus, & barbas non radunt, Iudæis
utiq; consentirent. Quoniam autem angelorum
iconas habuerunt, patet ex eo, quòd Dominus ad
Moysem dixit: Facias mihi duo Cherubin ex auro
ductili, & pones ea ex utraq; parte propitiato-
rij, extendentia alas super propitiatorium, &
mutuo se respitientia. Palam est igitur penes Iu-
dæos fuisse usus imaginum. Amplius. Quis pon-
tificum cœtus, tradidit baptizãdos præungi oleo
Domino docente baptizari in nomine Patris et Fi
lij, et Spiritus sancti, et nihil amplius adijciente?
Amplius. Quæ synodus sanciuit, feruentem aquã
sanguini dominico permisceri, quòd quidem ma-
gis facit apparere animalem, & gratia sanita-
tis corporis susceptionem filij, quàm rationalem
seu uiuam uel spiritalem? Nunquam enim scriptũ
est, dominum feruentem aquã misisse in calicem.
quando in cœna dixit discipulis: Bibite ex hoc o-
mnes, hoc est sanguis meus: Sed neq; magister so-
brietatis & omnis continentiæ uinum sine aqua
dedisse credendus est, cum mysterij sacramentum
eisdem discipulis tradidit. Et rursum quæ syno-

dus

dus cõstituit, in officijs ecclesiarum Kirie eleyson tantum psallere, & non concinere huic Christe eleyson. Dixit dominus: Spiritus qui à Patre procedit: cõfirmauerunt hoc, & sanctæ synodi, Latinorumq; omne collegium, non modo non inficiatum est, sed cum omni diligentia, & ex toto corde credit, & dicit, confiteturq; & ex Filio procedere. Nam licet solus nominetur Pater: subintelligitur omnino & Filius, eo quòd absq; medio de Patre non prodeat, & cum nusquam Patrem dixisse reperiatur, Ego solus emitto Spiritum: sed neq; Prophetarum quispiam, seu aliorũ Patrum, solus Pater emittit Spiritum, aliquando protulit: at uerò neq; contra decreta sanctorum Patrum, qui Niceæ, Constantinopoli, Chalcedone, uel ubi libet locorum pro firmãda fide cõuenerunt. Idem enim, sed aliter dicit explanando & interpretando, quòd piè intelligi oporteat: Spiritum ex Patre procedere subintellecto, scilicet, Filio: tum quia uerissimũ est, Spiritum ex Filio procedere, tũ quia multi à Filio ipsum diuidebant. Etenim uerò sicut intelligitur Filium esse Spiritum, cum dicitur esse Patris, ita concipiendus est ex Filio procedere, cum deus à Patre procedit. Nã si Spiritus ex eo quòd habetur, non incinit Paternum proprium

neque ex eo, quòd procedit, at uerò ex eo, quòd habetur non incinit. Est enim Spiritus proprius Filij, cum non in eo quod Pater habeat Spiritum, quia neq; Spiritus habetur ut geninē: Verum bonus pastor suis falsis opinionibus consistē tia & bene habentia dimouet, & Latinorum sanctam Ecclesiam absq; synodo pro suis uiribus condemnat, contraq; sanctas synodos, contraq; Apostolicæ sanctitatis uiros mentitur, dum eos sanxisse affirmat, Spiritum à Patre, sed non à Filio procedere. Euidenter calumniatur sanctos patres denuntiasse, quod non pronunciauerint, atq; sensum quia oratio non significat ei docuisse. Saluator quidem dixit, qui à Patre procedit: Idem sancta consilia, idem uenerabiles Patres confessi sunt, hic autem cōuiciator edocuisse illos asserit, quod indicare orationem arbitratur, scilicet, qui à Patre solo procedit. Quare quod nō pronunciauerint quasi sancitum complaudit, ei dum ex solo Patre docet Spiritum procedere, Saluatorem, Sanctas synodos, uenerabilesq; Patres arguit. Nempe non idem significant hæ duæ orationes: qui à Patre procedit: & qui à Patre solo procedit: neq; apud Græcos, neq; apud Latinos, neq; penes Oratores, neq; penes Philosophos: profectò rimari quidem

dem oportet, non solum dictionem, uerum dictionis intentionem. Sanè quæ dubia sunt interdum, per alia manifestantur: & ex his quæ alibi scripta sunt. Nothum quidem uidetur Latinis qui à Patre solo, nothum uerò Græcus qui à Patre, & Filio: eo quòd neutrum in Euangelijs scriptum reperiatur. uerum sic oppositа sunt, ut alterum quidem duorum sit uerum ex necessitate: alterũ uerò non, sed ex Filio quidem procedere scripturis consonat & concordat, & neq; contrarium uel repugnans inuenitur, quanquam à synodis expressum non sit. Et enim quisq; Romanorum Pontificum qui synodos sanctificauerunt et confirmauerunt, semper hoc dixit ac dogmatizauit. Quos quidem utiq; Athanasius, Basilius, Cyrillus, sanctorũq; reliquijs manifestè secuti sunt: propterea ex Filio sentire ac dicere debitũ est. In quantiscunque quidem, neq; cum Filio, neq; habere intellige re commune est Spiritu solus intelligitur Pater: ueluti cum dicitur ingenitus, absq; causa, & sine principio: ac quicquid simile. In quantiscunq; uero cum utroq;, aut cum altero tantum habere intelligere commune, quanquam solus nominetur, solus tamen non intelligitur. At uerò Spiritum habet cum Filio communem Patrem. Quare cum di

citur à Patre procedit, et à Filio procedere debet subintelligi. Ex solo autem dicentē, multa sequuntur inconuenientia: quorum perpauca hic memoro: Nam si ex solo Patre procedit Spiritus, non est ipse imago Filij, sed Patris, ut sine medio ex ipso corruscans: Non est autem hoc, cum Spiritus imago sit Filij, et ex ipso proximè refulgeat. Quare si Filius ideo ex Patre prouenit, quia eius existit imago. & Spiritus ex Filio existentiam habet, quia imago eius est. Amplius. Propinquior erit Patri quàm Filio, & magis Patris quàm Filij. Amplius. Si ex Patre solo procedit, ad mensuram dat Pater Filio Spiritum, cum solam missionem, & non emissionem ei tribuat. In quo, scilicet, non uidetur remetiri paternam excellētiam, nec ex integro Spiritum habere cum omnibus, quæ circa ipsum considerantur sicut habet Pater.

Ait enim Magnus Cyrillus: Non ad mensuram dat Spiritum Filius, iuxta Ioannis uocem, sed ipse emittit ex se, quemadmodum utiq; & Pater. Quocirca quicunq; orationē: Qui à Patre proce dit: trāsformat, in eam quæ dicit: à Patre solo: Saluatoris uocem, qui est perennis fons ueritatis, infirmat. Sed os quod mentitur, non erit impunitū: sicut dicit Salomon. Tenebrosum & nigrum eūo

uuit

muit bonus pastor, ut piscis qui nũcupatur sipia. † Sepia Nam neq; synodus, neq; sanctorum quispiam Patrum dixit, non procedere Spiritum à Filio, aut à solo Patre. Restat igitur Hæresiotã Photiũ huiusce dogmatis post Theodoritũ fuisse præconem, quod quidem demõstrationibus cœnulentis super uacaneis q; monstrare allaborauit, quarũ una hæc est. Si omnia communia Patris & Filij, & Spiritus omnino existunt communia, ut Deus, Rex, cõditor, omnipotens, simplex, incorporeus, & simpliciter omnia alia: commune uerò Patris & Filij progressio Spiritus ex eis: & ex se utiq; procedet Spiritus, & principium erit sui, & caussa simul, & caussatiuus. Quòd neq; Gentilium fabulæ confinxerunt.

CAPVT XVIII.

ACVTI Sophistæ ac periti artificis complexio, ut uidetur, non inuiolatam conseruat fidem, dictiones proferẽdo in dolo & astutia: & in Hæreticæ impietatis ueneno, obnoxium inuectionibus seipsum fecit: licet nolit, cũ nõ habeat diuinam aduocatricem scripturam: miscet non miscenda, & comparat non comparãda, & quia non diuidicat naturales qualitates à proprietati-

Non idem esse essentiam et proprietates personales.

bus. in Acherusiam paludem præcipitatur. Non enim idem est proprietas naturali, & substantiæ qualitati. Quippè quascunq; naturales qualitates habet Pater & Filius, has habet & Spiritus. At uerò cũ quascunq; proprietates habẽt duo, et tertius ut retro monstratũ est. propterea hoc idẽ dicit Sophista, sibimet inuenire contrarius, cum dicat: Spiritus & Filij cõmune esse, una ex caussa & indiuisibili, habere progressum. Quòd utique nequaquam Pater caussam non habenti conuenit: sed neq; Theologus Gregorius consentit huic sententiæ, in quodam sermone ad Ironam philosophum. Commune, inquit, Patri quidem & Filio sancto; Spiritui non fieri, deitas quoq; Filio autem & Sancto spiritui: qui ex Patre: secundum quemadmodum Spiritus ex Patre ac Filio progressio, proprietas est: nec ulla cogit ratio, trium esse, quia duorum est proprietas. Incorporeum quidem et supersubstantiale, ac similia quæ ad naturam referuntur, tertium æqualiter communia, ubi sepiusc ule determinatum est. existunt, & rursus diuinæ impugnationis plenus dicit. At uerò procedit Spiritus ex Filio, aliquid accipiens quod procedendo ex Patre nõ habuit. Si enim aliquid est accipere & dicere qui acceperit, quo-

Commune trium deitas.

Duorum proprietas.

modo

modo non absq; assumptione imperfectus? Quòd si nihil accepit, obruuntur & hinc alia: duplex, scilicet, & compositum, uiolantia simplicitatem naturæ, quæ compositionem non habet. Quæ ratio nihil potentis præstare processionis. Sed neq; consequitur proprietas dictiones quæ infertur cõclusio: Mendatium ægritudo est, ut dicunt magis dicentis quàm audientis fallatia. Pater facit per Filium, aliquid accipiens: sine quo creare impotẽs erat, qui operatur omnia in omnibus. Nunquid imperfecta est operatio Patris, aut Filij, aut Spiritus. Non indiget Pater alicuius, perfectus cũ sit, ac sibi sufficiens. Veruntamẽ omnia per Filium cõdit. nihil accipiens quod non habuit. Sed & Spiritus ex Filio, & per Filium procedit: nihil ab ipso summẽs, nisi quod à Patre accipit: perfectus utiq; Deus ac nullo indigus cum sit Pater, generat tamen ex substantia Filium: per quod condit uniuersa, æquè sibi potentem. Nec ideo superabundat Spiritus ex utroq; progressio, cum neq; imperfectum Spiritum indicet, neq; impotentem Patrem uel Filium demonstret. Neq; aliquam inducat cõpositionem. Si substantiæ pars foret caussa & caussatiuum, haberet utiq; locum ratio compositionis. Nunc uerò natura dicitur Filius, emißus ue

rõ

rò Spiritus. Non in eo quod substantia, sed in eo, quòd hic quidē gignitur: ille uerò procedit: sed hoc ad naturam non spectat diuinitatis. Amplius, Verbum Dei cum sit perfectum, & nullius indigens, quid accepit à Spiritu sancto, quando assumpsit carnē carni assistentem, unctioq; illius facto, sicut scriptum est: IESVM à Nazaret, quē unxit Deus Spiritu sancto, & uirtute. Non igitur indigētiam aliquam, uel imperfectum quidpiam Filius supplens, Spiritus emissor existit. At uerò emittere Deus cum Patre nullius indigo, tū quòd amborum indifferenter est Spiritus, tum quod sine medio de Patre Filius prouenit: et Idcirco nō ex solo Patre Spiritus, sed ex Filio, qui solus fructus existit Patris, secundum eandem habitudinē quæ ex Patre procedit. Amplius idem cōuicitor, Si causſa, inquit, est Pater eorum qui ex ipso non ratione naturæ, ratione uerò personæ: sed ratio personæ paternæ à nullo usq; nunc includere Filij personam, impiè dicta est. Nequaquam igitur sit aliquo modo alicuius eorum qui in Trinitate causſa Filius. Ad hoc autem, neq; hic conuenit præterire, quoniam & ipsam personam Patris in duo diuisit impietas, aut prorsus Filij personā in partem recipi paternæ personæ asseuerat. Et

quidem

quidem multa est zizaniorum alia multitudo, ab ea quæ à principio iniecta est, mala pullulans dispersione. quæ nõ dormiẽtium ut uidetur, sed secundum animam uigilantium, mortem quærentium insanorum, ut supremum generosum & salutare degener efficiat semen, superueniens generis inimicus, in eorum seuit miseris animabus zizania. Vtri dãda est responsio, blasphemiæ, an paralogismis? Sanctam Dei ecclesiam obiurgat, spinoso afficiens obprobrio hic litis amator nec erubescit, Prophetarum complexionem malè disponendo torta litia: uerum est quòd dici solet: Qui temperantia caret, uirtutem non habet. Qui uirtutem non habet, sub macula est. Iste conuiciator cum iniurijs & ignominia uictoriam è latronis excessu uenatur. Sed uanus est sermo & inefficax, qui propter causſam & causatiuum sicut ex superioribus patet, personam Patris diuidit, aut Filius personam Patris personæ partem constituit. Causſam enim & causatiuum nesciunt personam diuidere, neq; in inferioribus. Nõ ergo causſam existens cum Patre Spiritus, diuidit paternã personam. Quare omnino superuacaneum est dictus paralogismus, quemadmodum & hic: Si Pater mittit Filium & Spiritum, non ratione natu-

ra

ræ, ratione uerò personæ: ratio autem personæ Patris, non cui concludit personam Filij. Nequaquam igitur aliquod eorum, qui in trinitate mittat Filius: & rursum idem bonus pastor. Etiam, inquit, sed Saluator dixit discipulos instruens: quoniam Spiritus de meo accipiet, & annunciabit uobis. Et quòd utiq; lateat, qui ad Saluatoris confugeris uocem, non ut aduocatricem sumas: sed ubi ipsum per dissonantiam obiurges. sic enim tua lingua est audax, & impudica, ut in ijs qui incomprehensibilia sunt occasiones confingat, & subintelligat. Quomodo tuam ex lege dissonantiã quæ incommutabilem & inalterabilem dißipat ueritatem, non coherciuisti, cum pœnam debeas. Ideo autem te, ut qui puerorum sunt, non cognoscas, impoßibilia conando, priuauit temeritas. At uero age, nũc & si non prius intelligere te oportet. Quod nihil sic manifestè stat contra tuam insolentiam, quemadmodum Dominica & salutaris ista uox. Nam si dixisset: De me accipiet, nec; sic admuentio tua reperisset terminum: uerum haberet aliquam competentem occasionem error propterea tantam impietatis m agnitudnem Saluator prouidens:, non huiusmodi emisit uocem: ne fortè diaboli uersutia, multos per te deuoraret

&

& post pauca, non dixit Saluator: De me: sed de meo accipiet. Multam et magnam licet breui permutetur uerbo, de me, ad illud, quòd de meo, differentiam posidet. Nam de me ipsum inducit, qui uocem pronuntiat, De meo, autem, omnino aliã à pronuntiante personam. Et post modicum: hic autem qui sit, ex qua Spiritus accipit nisi Pater. Neque enim aliquid aliud, qui contra Dominum pugnant confingent, neq; enim ex alio filio, sed neq; ex accipiente Spiritum. Cum dixisset quoniam accipiet, manifestè declarat, & ad quid accipiat: Non enim ut procedat aut subsistat. Attende Dominicas uoces, ô homo, sed quare accipiet, ut quæ uentura sunt annunciet uobis? planius autem reserans quid sit illud, quòd dicit: De meo accipiet: cõtinuo subiũgit: Omnia quæ habet Pater, mea sunt. Quare mea, accipiens de meo Patre accipit, & ideo dixit, Quia de meo accipiet: quia in Patre sunt mea. Spiritus autem de Patre accipit. Nam quæ Patris sunt, mea sunt. Quare cũ dicit, De meo ad Patrem oportet intentionem dirigere, & non ad alium diuertere.

CAPVT XIX.

HVIVS conuitia, quemadmodum abyssus siue tartarus, fundum nõ habent, cum ex

ex eius ore Auerni flumina effluant, quorum no mina ut Socrati uisum est, sunt hæc: Acherõ, Pyr riphlegeton, Cocytos, ex quibus Stygia nascitur palus, & inamabilis unda, quæ Acherusia nuncu patur. Vtinã iste obliuionis aquã potasset, omni umq; perdidisset conuiciorum memoriam. Para tos esse ad satisfactionem omni poscenti nos ratio nem, de ea, quæ in nobis est fide, & spe Apostolorum princeps præcepit: sed cum modestia & ti more, conscientiam habentes bonam. Sed hic non quærit cum modestia & timore, secundum Apostolicam institutionem, propterea se ueritas illi nõ manifestauit, utpote, non rectè quærenti. Ita quip pe ueritas quærenda est, quasi Deus præsens sit. si Deum hic præsentẽ habuisset, nequaquã in Dei Ecclesiã tot cõuitia profudisset. Nullus enim præ sente Domino suo prudens seruus impudenter agit, proprij domini honorem contemnendo. Sed attendendum quod supradicta Petri uerba, & ad doctrinam spectãt, & ad inuestigationẽ CHRI STI. Verò ubi præcepit: Dum steteritis ante Re ges & præsides, nolite cogitare quo modo aut quid loquamini respõsuri eis: ad testimonij glori am præsentiæq; sancti Spiritus, sæpe namq; sapi entiam hanc aliquis in disceptationibus, atq; au da

tiam

tiam: sed quia facilè in tumultibus turbatur, confundetur in perorando: Apostoli autem in utroq; gratiam acceperunt, unde stupebant Præsides, et ipsi secũ habere Spiritus præsentiam certificabantur. Magnopere conatur iste uir, secundum Grammaticorũ regulam ostendere, quòd, Me, à Meo, in significatione quamplurimum differat. Nam, Meo, ut omne possessiuum pronomen, duas personas, unam intrinsecus, scilicet, possessoris, alteriẽ uerò extrinsecus, id est, possessionis significat. Quare cum CHRISTVS ut possessor intelligatur, dicendo: De meo accipiet: Spiritusq; sit accipiens, Pater proculdubio est persona, quæ ut possessio nuncupatur. At uerò nihil pro certo uidetur cogi ueritas, ut palàm est. Idem enim Saluator dicit: Non possum ego à me ipso facere quicquam, sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quæro uoluntatem meam: & rursum: Omne quod dat mihi Pater ad me ueniet, & eum qui uenit ad me, non eijciam foras, quia descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meã, sed uoluntatem eius, qui misit me Patris: et item: Mea doctrina non est mea. At uerò si secundũ positionem Photij Patriarchæ, Meum, pronomen ubiq; duas personas significat, uoluntas Filij, alia

fit à Filio persona. Quo fit ut nõ quatuor aut quinque personæ, sed centũ uel plures in Trinitate possint subintelligi, & esse. Quare nõ est necessariũ, Meũ pronomẽ, ubiq; duas significare personas, cũ et figuratè de eadẽ persona dicatur, ut Pers. dicit:

Vindicta postquam meus à Prætore recessi.

Et Euripides: Ego autem meus sum, attendere debuisset homo iste, quòd aliter apud Grammaticos accipitur persona, & aliter apud Theologos. Et enim in Grammatica quælibet res persona nuncupari potest: siue per se subsistat, siue per aliud, siue substantia sit, seu accidens. Quare secundum huiusmodi disciplinam, cum Filius dicit: Mea uoluntas, meum iudicium, mea doctrina, mea generatio: & quicquid simile in singulis clausulis, alia et alia intelligitur, ad similitudinem possessionũ, persona. In Theologia uerò, tacitis proprietatibus, ad omnibus qui secundum substantiam dicuntur, tres tantum inminuantur personæ, quarum nulla expressè intelligi uidetur, ubi Saluator dicit: De meo accipiet, & annuntiabit uobis. Et hoc ita esse demonstrat dicens: Omnia quæ habet Pater mea sunt, ideo dixi quia de meo accipit & annuntiabit uobis. Si Spiritus accipit de ijs quæ sunt Filij, et habet Filius: accipit de his quæ sunt Patris, & habet Pater: Itẽ si accipit de hijs quæ sunt Patris

Grãmatici & Theologi intelligẽdis personis differũt.

et habet Pater: accipit de his quæ sunt Filij et habet Filius. Omnia enim quæ habet Pater, sunt Filij: & quæ habet Filius sunt Patris. At uerò accipit Spiritus de his quæ sunt Patris, & habet Pater, quare accipit de his quæ sunt Filij, & habet Filius. Quòd si accipiendo de his quæ sunt Patris & habet Pater, accipit de Patre, & accipiendo de ijs quæ sunt Filij, & habet Filius, accipit de Filio. Manifestum igitur, quòd non ex solo Patre accipit Spiritus ut Photius asserit. Amplius. In his quæ sunt Patris, & habet Pater, non uidetur omnino Patri communicari debere, neq; in his quæ sunt Filij, & habet Filius. Nam neq; Pater Patris est, uel Patrem habet: neq; Filius Filij est, uel Filium habet. Veruntamen accipiendo de his quæ sunt Patris, & habet Pater: & de his quæ sunt Filij & habet Filius indubitanter accipere de utroque dicitur: quia emissionis ac processionis caussa secundum quas Spiritus esse accipit, de Thesauro sunt Patris & Filij: qui licet ambo emittant, non tamen secundum quòd Pater uel Filius ei esse præstant, ipsumq; producunt. Quamobrem, De meo accipiet. sic intelligendum arbitror: De meo, scilicet, & Patris thesauro essentiam sortitur. & quæ uentura sunt annuntiabit uobis, id est, ipsum

esse Deum ut nos sumus, per ea quæ uos docebit animaduertetis. Eandem enim nobis scientiam, substantialiter habet, & secundum naturã. Quæ uerò natura communicant, ex se inuicem cognoscuntur. Nam per unum hominem, omne hominum genus uidere est, & per unum bouem omnẽ boum generationem, sed non per bouem oues, neque angelos per homines. Et enim quæ differentis naturæ sunt ex se inuicem nequeunt cognosci. Amplius. Si emissor Spiritus non in eo quod genera secundum naturam est Pater, Filius uero minime, quomodo uerax erit Saluator asserẽs. Ideo dixi quia de meo accipiet, quia omnia quæ habet Pater mea sunt, aut enim habebit secundum naturam, ut sit emissor, quod Patris non ut genitoris est, aut si non hoc Patris quidem sunt quæ existũt Filij, quæ uero sunt Patris, non pertinent ad Filium. Quare si omnia quæ sunt Patris, non ut genitoris habet Filius, emittere autem Spiritum: Patris: non ut genitoris est, hoc abesse non potest à Filio. In eo enim quod dicit: Omnia quæ sunt Patris: non ut genitoris esse Filij nihil extra dimittit Et idcirco neq; Spiritum emittere, quod Patris, non ut genitoris est. Amplius. Magnus Athanasius in una Epistolarũ ad Serapionem scribit hoc

modo

modo: Quemadmodum genimen unigenitus est Filius, ita Spiritus, qui à Filio datur & mittitur, & ipse unum est, & nõ plura, neq; ex pluribus unũ, sed solum ipse Spiritus. Nam cum unum sit Dei Filius uiuens, Verbum unum esse oportet, & plenam sanctificatiuam & illuminatiuã uitam, quæ est operatio ipsius & donum, quæ ex Patre dicitur procedere, eo quòd à Filio qui est à Patre manifeste splẽdet & mittitur & datur. Igitur Filius quidem à Patre mittitur: Sic enim, inquit Deus, dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, Filius autem Spiritum mittit. Si enim, inquit, abiero, mittam eum ad uos. & Filius quidem Patrem clarificat dicens: Pater ego te clarificaui. Spiritus quoq; clarificat Filiũ: Ipse enim, inquit, me clarificabit. et filius dicit: Quæ audiui à Patre meo, illa loquor in mundo. Spiritus uero ex Filio accipit, ex Filio, inquit, accipiet, et annũtiabit uobis. Idẽ quoq; Magnus Basilius in tertio de Spiritu sermone affirmat. Dignitate quidẽ est secũdus à Filio, ab ipso esse habens, et ab illo accipiens nobis annuntiat, & quod omnino de illa caussa exeat, tradit sermo pietatis. Sed enim Magnus quoq; Cyrillus in sexto ad Hermiam sermone, similia loquitur. Quomodo igitur inquit per Spiritum sãn

ctificari dicunt illum, cum ipse manifestè dicat de Spiritu: quia de meo accipiet & annuntiabit uobis. Et hoc Dominus non secundum participationem aliquid esse, credentes in sancto Spiritu cũ ipse perfectus omnino sit, & absq; indigentia, secundum propriam naturam & existẽtiam. Illud autem magis significantes, quod de Dei et Patris substãtia, uerbi quoq; quidem, secundũ propriã naturã ex ipso est & in ipso apparet, Spiritus existit. Sed neq; Chrysostomus in Ioannis Euãgelio ad Patrẽ de meo accipiet referre uidetur, exponẽs: De meo accipiet, id est, quæ dixi ego et ipse dicet, aut, Ex meo ex quibus scio ego, & ex mea scientia. et iterum: De meo, id est, consona meis pronunciabit. Omnia quæ habet Pater, mea sunt illa. Ipse enim ex his quæ Patris sunt dicet, & ex meis dicet, quæ uẽtura sunt annũtiabit uobis: Dei hoc maximè proprium dicere, quæ uentura sunt. Quod si ipse discit ab alio, nihil amplius Prophetis habeat. Verum in hoc loco diligentißimam apud Deum scientiã demonstrat & hic sanctus. Quid ergo conuenientius dici poßit, diligentißimam scientiam quàm Patris sapientiam, quæ CHRISTVS est, & ex qua Spiritus accipit, sicut patet ex eo, quod non tanquam indignus dixerit

xerit: et ab alio discens, sed ad ostendendum quòd eius causſa est Filius, sicut & Pater.

CAPVT XX.

AVDISTI Photi glorioſos hos Viros, Athanaſium dico, Baſilium, & Cyrillũ: ij tuam inſtantiam diſſoluunt. Audiſti aſſerentes illos, Spiritus ex Filio accipiet, & annuntiabit uobis: & non protinus tacuiſti, obediendo doctrinis eorum diuinitus monſtratis, quibus quidem omnis ſapiens concinit, & ſumma conſignat electione. Non bonum meritum reddis Patribus tuis, quos ut falſitatis teſtes appareant proſcribis. Quantũ quidem melius tibi et competẽtius erat, ſentire ac dicere, quæ cœlibes illi Viri ſenſerunt & conſcripſerunt, quàm dehoneſtare, ac contumelijs afficere Dei Eccleſiam, dum & aſſeueras quòd Sanctũ Symbolum adulterinis ratiocinationibus, & procliuibus ad fallendum, ſub exceſſu confidentiæ improbare tẽptauerit. Propterea et uociferis, ô malitiæ machinamenta, Spiritum ſanctum, non ex Patre ſolo, ſed ex Filio procedere, fruſtra profitetur. Quis aliquando uel ab impijſſimis uocem audiuit erumpentem huiuſmodi? Quis prauus ſerpens in corda illorum talia inſtillauit?

stillauit? Ad hoc autem fateris, quòd Sacrosancte confitearis Spiritum esse Patris, & Filij, sed & substantiale ad utrũq; tantum uocibus applicas in hunc modum fando: Scimus quòd consubstantialis est quidem Patri Spiritus, eo, quòd ex ipso procedit, consubstantialis uero Filio, non quòd ex ipso procedat, absit, quia neq; ille huic per generationem, sed quoniam ex una & indiuisibili causa, ante secula æqualiter utiq; progressio. At uerò mihi uidetur non recte dici consubstantiale prædicari æquiuocè, de tribus personis. Inconuenientia enim sequuntur & impossibilia quamplurima. Nam si Spiritus consubstantialis est Patri, eo quòd ex ipso procedat, procedere substantiale est Spiritui. Et enim, si Socrates Platoni consubstantialis, quia rationalis est, ambobus rationale substantialiter inesse cõtingit: at uerò procedere neque Patri neq; Filio substantiale est: Igitur, non sunt eiusdem naturæ cum Patre, Filius atq; Spiritus. Quòd si uerum constet, non sunt unus Deus, quoniam consubstantiale nõ æqualiter & uni uocè de tribus prædicatur personis, quòd quidem & Photio uidetur dicenti, consubstantiale quidē omnino ad utrunq; uocibus & non significatione reddimus, sed non bene. Nam substantialia eiusdem

Hic probatur processio Spiritus, cum sit eius proprietas nõ esse substantiam spiritus. Vnde colligitur personales proprietates non esse essentiam, cũ nequaquã substantiales sint personales.

dem sunt substantiæ atq; naturæ. Quæ uerò eiusdem substantiæ atq; naturæ sunt, eandem rationē substātiæ suscipiunt. Quarū omnia cōsubstantialia eandem substantiæ suscipiunt rationem. Quo fit, ut consubstantiale de omnibus consubstantialibus, similiter & eodem modo enuntietur. Sanè sicut specialissima species, de suis indiuiduis prædicatur, sic utiq; Deus & substantia, de tribus dicitur personis. Et quemadmodum omnia, quæ specie participant, eiusdem naturæ censentur, ac consubstantialia: sic utiq; Pater, Filius, atq; Spiritus sanctus æqualiter eiusdem naturæ dicitur, atq; consubstantiales, secundum substantiæ nomen, & non æquiuocè. Ergo secundum quem modum dicitur Spiritus consubstantialis Patri, secundum eundē et Filio cōsubstantialis est. Et sicut Filius consubstantialis est Spiritui, ita Spiritus Filio & Patri. Nullam enim possident differentiam, in eo quòd consubstantiales, quare non quia procedit consubstantialis est Patri Spiritus. Amplius, Quoniam consubstantialis est Spiritus Patri, non differt à Patre. Quoniam uerò procedit, differt à Patre, ergo quoniam procedit, non est ei consubstantialis. Amplius, consubstantiale colligit multitudinē in unum, participatione enim speciei, et, ut Philo

sophus dicit, plures homines unus. Nam Socrates & Alcibiades duo cum sint, reducti ad hominem angustantur, & fiunt specie unus, collectiuum uerò & adunatiuum quòd cõmune, propterea uniuersi homines inter se consubstantiales sunt, sed nullus homo, in eo quòd homo alterius esse dicitur. Amplius. Incomparabile ac incommunicabile est quòd substantialiter dicitur ad procedere, siue ad aliqua illorum, quæ propria nuncupantur. Non enim exciditur à natura, cum nulla quidem diuersitas insit personis, secundum substantiam: proprietatum uerò tantum natura, in substantiæ identitate demonstrat alternitatem. Quamobrem consubstantiali ad substantiale, nulla neq; secundum prolationem, neq; secundum sensum est permutatio. Amplius. Si processio substantia est Spiritus, natura Spiritus processibile est: si natura quidem procedit Spiritus, Pater uerò non, non sunt eiusdem substantiæ, Pater & Spiritus: igitur non consubstantiale est Patri Spiritus, quoniã ex ipso procedit. Amplius. Neq; hoc uidetur esse uerum, ut Spiritus ideo sit Filij, quòd ex una caussa & indiuisibili ante secula æqualiter utrique progressio. In conuenientia enim sequuntur & hoc enuntiantem: nempe, secundum quòd sunt ex una

caussa

causſa & inuiſibili uniuntur ambo. Non enim tot, ſed huiuſmodi oſtenduntur, eo quòd ſecundum unionem non intercedat numerus. Impoſſibile eſt enim, aliqua numerari in eo quòd nihil differunt, cum ſecundum diſtantiam tantum numerum nanciſcantur, at uerò ſecundum quòd Spiritus eſt Filij differens ab ipſo, & quaſi altera perſona oſtenditur. Nihil quippè ſui ipſius eſſe poteſt. Quare non ideo eſt Filij, & ei conſubſtantiale, quòd ex una cauſſa & induiſibili, ante ſecula æqualiter utique progreßio. Amplius. Non dicitur Spiritus Filij ut conſubſtantiale, & qui mittitur per ipſum, ut Photij declarat deſcriptio: aut enim æternaliter eſt Filij, perq; ipſum æternaliter mittitur, aut prius Filij erat, quàm per ipſum mitteretur. Quòd ſi antequam mitteretur, Filij erat Spiritus, quia per ipſum mittitur eius exiſtit. Et rurſus ſi per Filium Spiritus æternæ liter mittitur, aut mittitur Filio cum Patre mittente ipſum, aut tanquam per inſtrumentum mittitur per Filium, ueluti per arcum mittitur ſagitta: ſed hoc eſt impoßibile, eo quod alia natura ſit cauſſæ, et alia inſtrumẽti: alienus utiq; foret Filius à Patre, ut inſtrumentũ ab artifice. Quare mittit Filius, et habet Spiritũ omnimo, quemadmodũ

Eſſentia communis trium non eſt pater, quia patris &

&

& Pater: qui, scilicet Spiritus, neq; in eo qui habetur, neq; in eo quòd mittitur alicui consubstantialis est. Profectò quæ minimè substantialiter insunt, substantialia esse non possunt. Quomodo enim à proprietatibus ad substantiales qualitates, scilicet, substātiales differentias, rationē transferri possibile, existimo non rectè. Non enim est proprietas idem substantiali qualitati, propterea non potest transigi consubstantiale in proprietatum communitatem: ergo Filius Dei est Spiritus dator, et eius emissor ut suæ plenitudinis, est enim eius plenitudo Spiritus sanctus, sicut Ioannes dicit: Nos, inquit, de plenitudine eius omnes accepimus: uidelicet, De Spiritu eius. Quòd si Spiritus in eo, quòd persona Filio non communicat, plenitudo Filij non communicat Filio. Item si Spiritus non est ex Filio, plenitudo Filij non est ex Filio: quòd est inconueniens, cum ergo ex Filio, & ex ipso procedit. Hoc qui negāt asserere, uidētur nō propria uirtute per Spiritum fecisse miracula. Ad iecta uerò aduenientiaq; cum sciant Filium habere, omnia quæ Pater habet, excepto quòd Pater non est. Quare causa Spiritus est & emissor, ut ipse Pater ex quo exit & procedit: sicut Lucas testatur dicens: Omnis populus quærebat eum tangere,

Non idem esse proprietatem & substātiale qualitatē, id est, Deitatē, quæ substantialitas est.

gere, quia uirtus de illo exibat, et sanabat omnes. Quæ est ista uirtus, nisi de qua dixit: Accipietis uirtutem Spiritus sancti superuenientis in uos? Huius uirtutis CHRISTVS causſa & fons existit sicut Pater, quia sanat, roborat, sapientes facit, & infinita præstat beneficia. Per Matthæũ quoq; CHRISTVS loquitur: Cum tradiderint uos, nolite solliciti esse, quomodo aut quid loquamini: non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri qui loquitur in uobis. Et rursus per Lucam exprimit: Ponite in cordibus uestris non præmeditari quemadmodum respondeatis, ego enim dabo uobis os & sapientiam. Marcus quoq; idem affirmat dicens: Cum duxerint uos tradentes, nolite præcogitare uel præmeditari quid loquamini, non enim uos estis loquentes, sed Spiritus sanctus. Scimus quidem indubitanter & firmiter tenemus, quòd CHRISTI uerba plena ueritatis sunt, & quòd loquebatur in Apostolis ipse dederit, sanctusq; fuerit Spiritus. Ex quibus colligitur uera illa cõclusio, CHRISTVS dat & remittit Spiritum, hoc modo: CHRISTVS dat qui loquebatur in Apostolis, hæc aũt propositio uera est, ipsius testimonio Saluatoris: Ego enim, inquit, dabo uobis os & sapientiam:

At uerò qui loquebatur in Apostolis, Spiritus sanctus erat, ut idem Saluator testimoniũ perhibet. quare CHRISTVS secundum se dat Spiritũ ut Pater. Non enim, inquit, per me Pater dabit, sed ut Pater, ego dabo. Liquet igitur ex prædictis quòd sicut Spiritum dat Filius, ita & emittit Filij & ex Filio existentem. Quare non quomodo Filij, ita intelligis, consilij, fortitudinis, timoris, sapientiæ, adoptionis, omniumq; simpliciter beneficiorum, donorum, atq; gratiarum Spiritus esse dicitur? Nequaquam hoc modo Filij nũcupatur Spiritus, Filij sanè Spiritus, ubi Patris æquè ac indifferenter censeatur. Intellectus uerò gratiarum & donorum dicitur Spiritus, ut dator, & effectiua illorũ caussa. Is idem sicut Dei dicitur Spiritus, ita & Domini Spiritus nominatur, sed non conuertitur. Et enim licet Deus Pater Spiritus, iuxta Domini uocem censeatur Spiritus est Deus, Spiritus quoq; & Filius Dei. secundũ illud: Spiritus ante faciem uestram CHRISTVS dominus: neq; tamen Pater, neq; Filius, Dei spiritus dicitur: sicut igitur commune est Patri & Filio non esse Spiritum alicuius, sic proprium est Spiritum esse amborum Spirituum. Amplius, Sicut inter illos qui ex Deo nati sunt, solum Dei uerbũ, de utero eius

genitum

genitũ esse pronuntiatur, ita inter Spiritus Dei, solus Spiritus sanctus, de ore Filij prodire creditur. Verbo enim Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius, Verbi, scilicet, iuxta Apostolum omnis uirtus eorum. Isto Spiritu ille iniquus Antichristus disperdetur, quia Dominus IESVS interficiet eum Spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, ut Paulus dicit: quòd de anima CHRISTI nullus intelligere præsumet. Nam illa in eo quod anima est, neq; interficit, neq; destruit aliquid. Reliquum igitur est, ut sancto Spiritui solummodo attribuatur hoc. Qua ex re manifestum est, quòd sicut Filius de Patre per natiuitatem existit, ita Spiritus ex Patre & Filio per processionem. Quòd iterum & sic monstrari potest. Spiritus oris CHRISTI ex CHRISTO procedit, cuius rei signum est insufflatio in faciem discipulorum facta. scilicet, Spiritus oris CHRISTI, Spiritus sanctus est, unũ enim habet Spiritũ cõsubstãtialiter ut Dei filius, nõ plures. Itaq; Spiritus sãctus ex CHRISTO Dei Filio procedit. Sed forte dicet aduersarius, insufflatio, donatio, processio, siue missio spiritus ad Apostolos, seu Prophetas, à CHRISTO facta, tẽporalis existit, peũdubio. At uerò illa, qua Spiritus existentia

existentia consideratur, secundum se est, & non intelligitur ad aliquid, sed à quo. Eam enim Græcus intelligit, dum Spiritum ex Patre solo asserit procedere, prius uerò dicta, cum sit temporalis, et ad homines æterna non est: nec dogmatis ambiguitatem facit, nec multum ad schisma pertinet diuulgatum, propterea superius positis argumentationibus, nullo ut uidetur, qui ex aduerso disputat, coartatur inconuenienti huius obiecti solutio. quanquam ex superius dicto magni Cyrilli, aduersus Nestorium capitulo, & ex eo quòd relatio talium creatoris magis quàm creatori cõueniat, patens fit. In his tamen quæ sequuntur, quia præsentis uoluminis series finem poscit, commodius explicabitur. Iam enim ut æstimo, Græcorum penè omnis instantiæ solutæ sunt: demonstratum est enim, quoquo modo ex Patre ac Filio Spiritus proueniens, non progrediatur ex duobus principijs, seu ex binis caussis. Apparuit autem, quomodo caussa principiumq;, ac ingenitum, nõ sint personales proprietates, cum genitor non emittat Spiritum, in eo, quòd Pater, neq; solus. Ostensum quoq; est, nullam proprietatum esse personarum, & quomodo non uni tantum personæ adsit quælibet proprietas, cum aliud sit habere proprietatem,

tatem, aliudq; proprietate insigniri: similiter aũt patefactum est, secundum nullam eorũ quæ apud Philosophos dicuntur caussarum, Patrẽ seu Filiũ caussam esse Spiritus, sicut non Spiritũ caussatiuũ esse utriusq;, dicto tenore, cum sit amor amborũ. Explanatum quoq; non apparere inæqualitatem circa personas propter proprietates, existente duorum æqualiter Spiritu. Adapertum etiam est Spiritum & Filium & Patrem, Patrem quoq; cũ Spiritu, quædam obtinere uicißim singulariter, Patremq; similiter esse Filij caussam, non quòd est Pater cum Filio. Dilucidatum est perfectam esse Patris, & perfectam esse Filij emißionẽ Spiritus: nec aliquã superabundare cum sit una & eadem. Filium quoq; principium existentem in trinitate, Spiritum emittentem sine medio, non ratione naturæ siue personæ, sed ratione caussæ ac principij, ex utroq; progredientem, nec esse duplicem uel compositum, ex duobus proueniendo sed neq; Filium componi, eo quòd caussa sit & caussatiuus. Enucleauit autem oratio primum hominem non fuisse Deo & Patri similem, secundũ ingenitum, & quot modis ingenitum. Amplius autem, Imaginem esse Filij Spiritum medij existentis Patris, Spiritusq; secundum ordinem, &

unitatem quidem ad naturam referri, ad personã
uerò non: Spiritũ etiã Filij esse, nõ ut intellectus,
aut ut consilij, aut ut timoris, aut ut adoptionis
Filiorum, uel ut aliquorum huiusmodi, quibus
cum ostensum est CHRISTVM insufflando in
faciem discipulorum dedisse Spiritum. Amplius
autem euidens factum est, per necessarias rationes
à Photio dicta inualida esse, Spiritumq; plenitudi
nem esse Filij, ex ipso procedentem, iuxta Euan-
gelistarum testimoniũ. Qui quidem & CHRI-
STI, oris Spiritus, Pauli autoritate, nũcupatur.
Igitur deinceps uestro fauore atq; hortatu animo
frater mi charissime LEO, non paucis præstanti
or, et diffiniẽdi perite CACIAREDA, trãseun
dũ est ad genus talium demonstrationum qualiũ
huius sublimitas participat negotij: ut diductis
lucubrationibus, sub crepitãtes lucernas, requisi-
tisq; sanctorum atq; Philosophorum Latinorum
Græcorumue quàm multis uoluminibus,
inueniam quòd ad legendum uestræ
primum, ac aliorum diligẽ
tiæ, Liber tertius ex
hibeat.

IN

IN LIBRVM DE HAERESIBVS QVAS IN LATINOS Græci deuoluunt, Tertium HVGONIS ETTERIANI

Præfatio.

PERSVADETIS, pollentis ingenij Germane mi LEO, tuq; CACIAREDA, inoptimarum artiũ eruditionibus prçstantissime, ut stilũ orationis renouẽ, ac disceptationis uarietate fastidio medear lecturorũ. Cõmodissima quidem ut puto, uobis uidetur in explicandis solitariæ naturæ quæstionibus, & in enucleanda puritate, nulla contagione polluenda mendatij, Renouatio tali methodo progressura. Eundum uero est rursus aduersus olearias Pelagorum cellulas, opiniones malignæ confutandæ sunt, non hostiliter, & series aliqua demonstrationum cum autoritatibus ordienda, quæ cunctis emissionibus præstantiorem ex Patre atq; Filio, Spiritus progressum auspicetur. Qua ex re, indagandi ueri cura, crudescentem iam morbnm perfectius cognoscens, siluæ quæ segetes interimit, dissi-

pata caligine, meritum promptius ueritatis persequitur. Amplius quidem ueridicus sensus. ex uarietate huiusmodi, concentum nasci iudiciorum prouentu copiosissimum arbitratur. Nam palam est, ex his scientiæ augeri claritudinem, confragositatem ambiguitatum leuigari, mucrones retundi diurnis excubijs insidiantium, et inextricabilem superuectæ contemplationis difficultatem, ut anni tempora, Eöis conuersionibus quo dã modo referari. Hæc utiq; peragratio, certum ducem habet, rationem, scilicet, nobiliter in acumine fastigiatam, quæ cum semper eadem existat, certissima est, & inexpugnabilis, circa id quod ualet comprehendere. Interdum uero autoritatibus confortata Sanctorum, hyemales conculcando scaturigines, attollit aciẽ ad sublimia, & dum summa & alta capescit, damnis non prorsus consumitur probationis: licet enim supereminens claritas diuinæ fertilitatis, ntmia subtilitate abdita sit, non humanis omnino subiaceat inquisitionibus, tamen quia eadem argumenta maximis minimisq; caussis conueniunt, non ex toto ipsa se subtrahit nostris demonstrationibus. Colendus autem diligenter est animus, qui una & eadem intelligentia, similitudinem, differẽtiam, identitatem

titatē & diuersitatē prædicamentorū cognoscit, & ima & altissima contemplatur mirabiliter. Ex quibus nimirum haud iniuria, spes iacens erigitur & dilatatur. Eoq; amplius, quod uigilantissimi nostri pectoris censuram, exactissimam ingenij limam, atque probatissimum examen, duo quæ procedūt uolumina, cum iam subierint, Charybdis, seu Scyllæ, amodo non formident naufragium. Quod ut puto iam Mareotidam amplectuntur Ebenum, corrūptionem fugantem & (ut aiunt) solitam conferre, ne uisu nigra metum incutiant, optima est proculdubio, Cylindrus, uestræ immutabilis perseuerantiæ, & ad coæquandam aream, quotidianis implanationibus, abundantium uideliicet resectione supplemento hyantiū errato rumq; cauterio. Hæc cēsura dum dicta comprobat, magnam attribuit fiduciam operi, exercendo: fidem habens cum integritate sensus, & admirationem cum gloria. Quibus acutè dijudicat sicubi textilicinia, ignobiliter eminentissimæ sapientiæ connectantur, aut molibus ingentiū columnarū arundines: quod nihil negotio necessariū in hoc omnino est, nam cum in Asphaltide stagno Iudææ prouinciæ tauri fluitent impunè cū camelis, ut notum est, non irriti rumoris

præconio, in diuinorum uerborum purum fluorem petit, ima quisquis inmergitur, tenuitate laticis non inhibente. Nec diem longius licet detinere, cum animaduersione plectendus seuissima execrabilis factus sit. Ergo de hac materia edere aliquid formidabile est: nam in his non solum infirma facultas rationis orationisq; , uerum ualidissima, uix se à mendatio temperat, & ab inconsultis erroribus. Age uero quod absolutissimè puritatis specula, eos qui ab imis non recedunt lateat, cui omne peruium est, nec aliquid excogitari potest, quod eius oculis nubeculam qualemcunq; obijciat: propterea de talibus scribere cupienti, allicienda permultum est cœlestis musicæ dulcedo, ad poli australis infima mergi & illic exulare, prohibitura dicẽdi tumultuosam libertatẽ quæ stare nescit perpetuò agitatu excessus & replicationis. Ea certe dum luxuriat, non modo dulcibus, uerum amaris floribus, & ubi sæpe non est aqua, sed lutum insidet, Phœbeos radios, non Phœbum ipsum imitãdo, morarum impatientem, & nũquam Zodiaci excedentem terminos. Igitur si extremo in littore luctantes uẽtos, crebras procellas, ymbrem inimicum uerentur periti equoris, quid in scribendo efficiat fauilla pertransiens,

ens, tellus ſerotina, uiolentusq; torrens, quę magis ſterilitatis causſa exiſtunt, quàm porrigãt uberta ẽ. Ego aũt Spiritu ueritatis ſtillãte in conſcientiam: et fouente propoſitionẽ. Amplius, & utriuſq; ueſtrum bone fidei collucente ſuffragio, necnon intime amicorũ CACIAREDA tuo chriſmatiſmo, ſed oraculo, me de his uaticinante, ſcripturũ, nequaquam uereor, quin partis, quæ à nobis defenditur quæſtionis purgem ambiguũ. Nã quę prędicũtur, & ſi plurimis ramis repullulent, languidiora tantum reſurgunt. At uerò ne licentiæ uagandi fama reclamet, uertẽdus eſt ſtylus, ut proueniat quod pollicetur oratio.

DE HAERESIBVS QVAS GRAECI IN LATInos deuoluunt, Siue, QVOD SPIRITVS SANCTVS ex utroque PATRE, SCILICET, ET FILIO procedat, contra Græcos HVGONIS ETTERIANI Liber Tertius.

CAPVT I.

HVMANVS peregrè proficiscens animus, quanquam ægrè inuisibilia, magis autem quæ trium diuinarum existunt personarum, rimari ualeat, tamen inuestigando laborat, ac rationibus ostendere quibus potest nititur, quòd unus Deus est, ex quo, & per quem, & in quo sunt omnia. Nõ possunt certe plura esse prima, cũ necesse sit, unum esse, quod exhibitiuũ existat uniuersorũ, tam similiũ quàm dissimilium: quo cum si aliud quid sistatur, suprema unitas, & uerè unum, iam non erit. Nã si Deus non est, per se unum, sed in semetipso, aliquid habet, cuius uocabulo, rite queat denominari:

non

non erit causſa tantum, si ex alia ipse causſa proueniet atq; in infinitũ ratio gradietur, nullo reperto, in quo stari posſibile sit, ad instar sectionũ continuæ quantitatis. Cuius quidem quia quælibet particula factæ diuisiõnis, potest rursus diuidi, currit in infinitum diuisio. Itaq; neceße est, causſam absq; causſa, et principium esse sine principio, quòd nullius participando simpliciter unũ sit et prima causſa, primumq; omnium quæ sunt principium, quod sic manifestius fit. Si omnis multitudo uno posterior est: & unius aliquo modo participat: unum simplexq; principium omni multitudine prius est. Atqui omnis multitudo uno posterior est, et ejus aliquo modo participat, quippe si multitudo unũ præcedat, ex uno eße nõ contrahet, cum uno prius ipsa extiterit. Et enim non existentis, non est aliquid quod participet. Quarum cum nulla supremum principium multitudo præueniat, nec aliqua diuisio, unum est & simplex supremum principium. Amplius. Omne diuisibile, aut secundum multitudinem, aut secundum magnitudinem, aut secundum actiones, quæ in tempore feriũtur uidetur posse diuidi: Deus autem omnino immobilis existens & æternus, cum quamlibet præueniat multitudinẽ, nullo dictorũ

modorum diuidi potest. Liquet igitur quòd ante supremum principium non est, aliud principium absq; principio, par, uel melius, nec ante Deũ est Deus, nec aliud post ipsum, quod sit Deus. Quare, neq; generalissimum in diuinis personis, neque subalternũ, neq; particulare, seu speciale perquirere oportet. Quia ubi genus, & prius, species, & differentia, proprium, & accidens. Sed ut monstratum est, Deo nihil prius est, sed neq; differentijs ex aliquibus ipse constituitur, naturam existens supra omnem, nihilq; habẽs secundum participationem. Simplex enim diuinum est, & uniforme, extra omnem duplicitatem & compositionem. Equidem quod compositum est, ab aliquibus diuersis cõponitur, aut ex præexistentibus, ut elẽtrum ex auro argentoq;: aut ex his quæ simul considerantur: ut caput, ex oßibus atq; carnibus, & alijs huiusce modi. Hæc enim et his similia consistentiam pariter sortiuntur, quãquam differãt, quia nequaquã horum præuenit singulum, quod ex his constitutum est caput. Itaq; cum diuinum sine principio, & absq; caussa sit, neq; disciplina propriè, neq; demõstratio, neq; diffinitio eius est. Nempe disciplina per demonstrationem fit, demonstratio uero per prima, diffinitionemq;: Deo

autem

autem nihil prius est, diffinitio principium finēq; habet, principium quidem generalissimum. Interdum etiam & quod sub generalissimo, finem uero, differētias. Ideoq; nulla diffinitio potest diuino aßignari, nec aliqua talis certè demōstratio solis affirmationibus contexta, de Deo esse potest: eo quòd infinitus sit, & absq; principio. Quas ob res, per remotiones & infitiationes, adhuc Spiritus sancti processionem ex Filio esse, quantum facultas ipsa permittit, duce Deo monstrare aggrediar: tam nunc in hunc modum.

CAPVT II.

CHARISSIME, quod disgregat & dissecat aliud ab alio, aut intelligitur ut substantia, ūt ut qualitas, aut ut quantitas, aut ut ad aliquid, aut ut quippiam aliorum prædicamentorum. Nā præter hæc nec esse, nec intelligi aliquid talium poßibile est. At uero quod disgregat ac dissecat à Filio, ratione caussæ Spiritū sanctū, neq; ut substātia, neq; ut qualitas, aliorūue aliquid potest intelligi. Substantia quippe non est, quod dissecet quoniam eiusdem substantiæ ac naturæ Pater, Filius, Spiritusq; sanctus existunt. Sed neque quātitate Spiritus secernitur ratione principij à

Filio

Filio: Et enim utraq; distincta, scilicet, & continua inficiatur, hoc perficere ut patens est. Nam distincta quantitas secundum passionem. atq; collectionem consideranda, suas particulas actu exhibet, intellectu, & non potestate, alioquin discretum continuum existimabatur. Hoc intellectu cõcipitur, cogitatuq; quanta sit, sed Deum intellegere, quantus sit non sufficimus, cuius maiestas, ut indiuidua, ut indistans, ut sine compositione, ut absq; quantitate, qualitateue non diffinitur. Hoc idem ipsum de continua quantitate sentiendus est, ea secundum concordiam, & alternitatem attendere, rem diuisibilem in semper diuisibilia, cũ partes non discretè actu, sed potestate accipiendæ sunt. Ne continuum faciamus discretum, & cœlestia quæ impassibilia sunt corruptibilia. Amplius, Omne quòd mensurari potest, aut quantitas est, aut quantitatis participat. Nempe mensurabilium hoc quidem proprio esse mẽsurari possunt, ut linea, superficies, hoc uerò participatione ut homo, lignum. Socrates enim non in eo quòd homo mensuratur, sed in eo, quod magnitudine participat: uerum secundum accidens mensurabilis est, at uerò trium Diuinarum substantiarum personarum, nulla mẽsurabilis est. Quare neq; quantitas

tias illarum est aliqua, neq; quantitatis particpat earum quæpiam. Sed neq; qualitas aliqua intellectu potest comprehendi, quæ Spiritum à Filio quin caussa ipsius Filius sit disterminet: Equidem nulla hoc efficit differentia. Quippe cum differentia tripliciter dicatur, communiter, propriè, ac magis propriè: sola quæ magis propria dicitur, hoc ab illo dissecando aliud facit. Dei uerò Filius, atq; Spiritus sanctus, substantiales sunt, nullam separabilem proprietatem sortiti. Quæ quidem ex re liquet, quòd Spiritus à Filio, nec magis propriè, nec communiter differat seu Patre. Nam quæ communiter de rei esse aliquid non cõplectitur, nec aliquid demonstrat inesse alicui specialiter. Reliquum est igitur, ut propriè tantum Spiritus à Filio differat. Inseparabili enim proprietate, quæ nequaquam substantiam complect differt à Filio Spiritus, quæ contraria sub eodem participari aliquando non ostendit. Et enim magnitudo Aethyopis nequaquam per temporis successionem in albedinem permutatur. Neq; qui caluus est, capillatus rursus fit. Sed neq; glauci oculi nigrum aliquando colorem, secundum naturã recipiunt. Sic utiq; in sancta Trinitate Pater Filius non fit, neq; Filius Pater, siue Spiritus sanctus, aut

Spiritus

Spiritus Pater, siue Filius. Hæc itaque personæ, quia nullã permutationẽ suscipiũt, propriè differũt: atq; in eiusmodi impossibile est in inuicẽ permutationem fieri. Sanè non solũ inseparabiles cõmanent in tribus personis proprietates, uerum et impermutabiles, quemadmodum, immò, amplius multo ipsis priuationibus. Hinc est quòd uidetur diuinas abinuicem differre personas, differentia quæ dicitur propriè alteratum, faciente tantùm, & non aliud. Nam communi non differunt differentia, quæ separari potest, sed neque magis propria quæ aliud facit. In sancta uerò Trinitate nihil separabilium, nec aliud & aliud, sed alius etque alius existit. Patet igitur tres personas, neq; communiter, neq; magis propriè, sed propria tantum differre abinuicem differentia. Amplius. Omnis priuatio, quæ propria differentia dicitur, dũ suo inest susceptibili, oppositum tantummodo ab ipso excludit: ut caluitium capillatum esse, cœcitas uisum habere, aliorum uerò nihil secundum se circumscribit. Quòd quidem non prorsus communis habet, atq; magis propria omnis. At uerò Spiritus sanctus ut priuatio ab habitu, à Patre differt, & à Filio. Similiter autem Filius, iuxta eundem modum à Spiritu & à Patre differentiam na

ctus est. Nihilominus autem Pater à Filio, Spiritúq;, quòd ex insignitiuis personaliter proprietatibus euidēter apparet, quæ sunt, paternitas, natiuitas, et processio. Earū unaqueq; à sua persona, sola duo ut unum oppositum excludit, ueluti processio æqualiter generantem & genitum à Spiritus persona disterminat: Spiritus nanq;, neq; generans est, neq; genitus. Eodem quoq; modo generans & genitum, duo circumscribunt, nempe innascibilitas quidem processionem atq; natiuitatem: natiuitas uerò processionem & innascibilitatem. Ex quo liquidò apparet quòd processio non magis Spiritum à Filio quàm à Patre diffecat cū duo & sola, innascibilitatem dico, ac nascibilitatem: ut unum oppositum excludat, sicut ex anterioribus palàm est. Amplius, Si paternitas nō excludit Spiritum à Patre ratione causſæ, seu principij, neq; nascibilitas excludit eundem Spiritum à Filio secundum eandem rationem. Quippè Spiritus æqualiter & similiter alterutrum existit: de similibus uerò idem iudicium. Igitur nulla differentia Spiritum, quòd non sit Filij causſatiuus disterminat: quare proprius Filij, sicut & Patris ex alterutro procedēs Sanctus existit Spiritus. Quoniam uerò instar priuationum proprietates in tri

bus

bus personis considerantur. Manifestum ex communitate priuationis ad illas. Commune enim est priuationibus & proprietatibus iam dictis inseparabiliter quidem adesse, sed non substãtialiter: alteratum solum, & non aliud facere, & impossibile in alterutram permutationem Filij. Verum attẽdendum quod priuatio dicitur multipliciter. Nam absentia formæ in eo quod aptum est, habere illam priuatio dicitur: secundum quam significationem dicitur ab Aristotele: Omne quod aliquo modo fit, ex contrarijs fit, id est, ex oppositis, & in contraria, id est, opposita corrumpi. Cõtraria dicit priuationem & formam, tanquã duo principia. Omne enim quod aliquo modo fit, dũ abijcit priorem dispositionem, illum adipiscitur statum, secundũ, quòd fieri dicitur. Quo absistente absentia formæ substantiuũ nãciscitur, ueluti si quid iniustum est, iustum fiat, & quod insipiens, sapiens: & sciens, qui idiota. Nisi enim statũ abijciat priorem, non habet locum formæ priuatio. Quippe impossibile est huiusmodi priuationem cum sua forma circa idem substantiuum simul cõsistere. Sed enim secundum consuetudinem loquẽdi, nuditas, priuatio, nuncupatur: ex qua regressio in habitum fit. Similiter languidum, & inerme,

cum

cum priuationes sint, facile in habitum redeunt. Rursus pecuniæ perditio, possessionis atq; bonoris priuatio censetur, à quibus omnibus, possibile regressionem fieri: at uerò de huiusmodi nunc sermo non instituitur, sed de his tantum, quæ in compositis per innaturalem dilabuntur dispositionem, ex quibus non fit regressio, ut Aristoteles addocet sic dicens: Ab habitu in priuationem fit permutatio, à priuatione uerò in habitum, impossibile est: neq; enim cæcus factus rursus uidit. neq; cum esset caluus, comam iterum resumpsit: neq; cum esset sine dentibus, dentes ei iterũ pullulauerunt. Quamobrem duorum alterum dicere necesse, aut secundum nullam differentiam differre tres personas, aut secundum illam, quæ propria dicitur. At secundum nullam differre, ratio non patitur. Nam differentia, differunt à se singula, ubi uero nulla est differentia, nulla proprietas attenditur, quia secundum proprietatem aliquam rebus inest differentia, quàm uicissim differunt. Ast nullus asserere me arbitretur diuinas incidisse priuationem personas, eo quod priuationum harum proprietates, similes pronunciauerim. Nihil quippè uiolentũ, uel præter naturã in eis, quia ineffabilis, unaqueq; simplicitatis existit

nihil habēs extrinsecus, porrò multotiens ab his quæ nequaquam insunt rebus, earundem rerum disciplina perficitur. Enimuero qui punctum diffinit, cuius nulla pars est, ex eo, quod non inest, ipsum notificat, assignationis q; rationem constituit. Similiter autem qui in tribus differentiam personis admodum priuationum cōsiderari enuntiat, minimè in Deo ponit priuationem, sed quod inseparabiles habeant proprietates, nequaquam substantiales dictæ Hypostases ostendit, & quod oppositum tantummodo excludant. ut priuationes, pro huiusce modi ut puto Plotinus dicebat: Oportet plures linguas, id est, uertigines, in unū conducere, atq; sic intelligere Deum: & comprehendere illum clausis oculis. Exuperat enim intelligentiam omnem, & cum sit simplex, & uniuersitas tamen ex illo emanat, omnibus potior existens quæ cōdidit. Nam qui præstat, accipientibus melior est: maximè uero ipse Deus qui solus bonus est, cui de nullo accedit inuidia, quia nullius eget, aliaq; omnia, ipsius habent indigentiam. Ergo hæ tres personæ, ingenitam licet concordiam adinuicem, secundum naturam, habeant, differunt tamen: & secundum qualitatem quæ apparet ex proprietatibus, quæ non insunt substantialiter

Plotinus Platonicus.

liter. Etenim ex ꝓprietatibus figura, siue character uidetur innasci. Omnis aũt figura, siue character, ut Philosophis uisum est, ad qualitatẽ refertur, et secundũ qualitatis aßignationem extat atq; participationem. Qua de re in singulis prædicamentis, generalia siue specialia nomina qualitatem uidẽtur significare, eo quòd circa substantiam qualitatem determinent. Quorum quidem quasi speciale atq; præcipuum, qualitas sola, aliorum prædicamentorum obtinuit: ut sub tali redditione rei cuiuslibet existentis figura per se ad ipsam referatur. Nam quod quantitate participat, secundum quàm dicitur quantum, eo ipso inßignitur, figura differẽtiæ, in quo qualitas cõsideratur: idẽ uero de singulis aliorum dicendum est. Cæterum, qualitatis qualitatem, aut differentiæ differentiam, inuenire uel inuestigare non expedit, tertium uero personarum differentias perquirere necesse est, quibus singulare adinuicem distinguantur, quarum differentia secundum rationem solam attenditur. Nam huiusmodi differentiæ se ipsis differunt, & earum non est differentia, cum ipsæ sint differentiæ. Sicut enim nec motionis, motus: nec generationis, generatio: aut permutatio, permutationis: ita nec differentia dif-

ferre reperitur, quod de omnibus penè proprietatibus recipiendum est. Nihil enim seipso conuenienter participare dicitur, ueluti bonitas bona nõ fit, nec æqualitas æquatur, sed æquat. Ex quo manifestum quòd tres personæ differentijs à se discernũtur, ipsæ uero differentiæ se ipsis differũt, dubitabit autem aliquis fortasse in hunc modum. Verè existentis, & illorũ qui in generatione ac corruptione prouoluuntur, ut consimilium non potest unum genus substantia esse, uel qualitas, seu ad aliquid, licet horum sit proprium, cũ alio prædicamento subsistere: ut in substantia Pater, in quantitate maius, in qualitate disciplinatum: eodemq; modo & in cæteris. At uero Pater & Filius, Spirituq; sanctus, cum unus Deus sint, uerè habent existere. quare non continentur sub genere illorum, quæ in generatione corruptioneq; prouoluuntur. Sed neq; sub sempiternorum aliquo genere simul sempiterna corruptibiliaq; continente. Quibus sic se habentibus, quomodo erit quod dicitur, uerum, quoddiuinæ tres personæ proprietates, communitates & differentias obtinuerint? Nam cui differentia inest, aliud mox sequitur genus, ad quod absq; ambiguitate respõdendum, diuinum genus non esse, cum neq; generalissimum

ralissimum, neq; subalternum sit, neq; in genere contineri, cum neq; potestate, neq; actu diuino aliquid prius sit. Sed neq; secundum ordinem, ut in disciplinis Grammatica prior est Dialectica, neq; secundum rationem, ut uniuersalia quidem, secundum rationem singularibus priora sunt, secundũ sensum uero singularia uniuersalibus. Manifestũ itaq; quod diuinum, neq; in genere est cum nihil eo prius sit actu uel potestate. Neq; id genus existit, cum nec de aliquibus differentibus specie prædicari habeat. Sciendum quippe est, ut ex antedictis patescit, quod dissimiliter rationali ac mortali creaturæ in diuinis proprietates personis considerantur. Porrò ex his quæ minimè insunt eis, conuenientissime illarum proprietatum, quæ circa ipsas consistunt, demonstratio fit. Rationalis uero & mortalis creaturæ ostensio, uersa uice fieri consueuit. Nam ab existentibus absentia perpendit, & quæ nondum insunt, ceu Adam mortẽ esse, quam non habebat, nec unquam uiderat, per uitam cognouit. Nullum enim adhuc morientem intuitus fuerat, sed ex repugnãti, uita scilicet, mortẽ quæ est priuatio uitæ, intellexit: sic dies pau- Mors quid
pertatem, ægritudinem animaduertit sanus, ab existentibus nõ existẽtia. Amplius, aut inuestiga-

re oportet substantiam, identitatem, & differenti am trium diuinarũ personarum, aut non. Quod si non oportet, unde sciemus quod Deus Pater nõ est Filius, atq; alterutrũ, quomodo aßignabimus proprietates? Quomodo percipiemus quod uiuat, audiat, uideat, Filiũq; habeat Deus Pater, ni si ex his quæ apud nos sunt rebus, atq; uocibus per quascunq; demõstrationes referentur hæc? pa làm est quod ex ijs quæ apud nos rebus sermoni busq; sunt, circa Deũ cõprehendamus existentia. Ipsum enim non uidimus, aliquando describimus autem illum per ea, quæ amplioris apud nos honoris existunt, excipientes incursus paßionesq;, ab his quæ à nobis dicuntur: ne ignorantiæ tenebris humanum genus ex toto commaneat. Itaq; cum inter nos uita morsq; uersetur, morte autem uita potior sit, Deum uiuere credimus & confitemur. Rursum, quoniam uita quæ hic est principium finemq; habet, & escæ, atq; potus indiga, cum aliorum quàm plurium ab eo quod honorabi lius est, Deum appellamus, asserentes nullorum hanc indigere, uitamq; habere principij finisq; nesciam. Eodem quoq; modo uidere, audire, ac generare ipsum confitemur, pro eo quòd cæcit a te uisus: auditus surditate: ac sterilitate fœcũditas

potiora

potiora sunt. Cum igitur necesse sit, & oportunum existat, perquirere, quæ & quales trium personarum personales proprietates, et quæ nō, & cum omnino perutile sit, de his disputare, per eas quæ apud nos sunt res uocesq́; proculdubio eorum soluitur instantia, qui de diuino disputare interimunt. Veruntamen decet naturæ ineffabilis rei concedere, nec amplius laborare ad harum personarum inuentionis proprietatem, nisi quantum res permittit quæ quæritur, cum pateat unāquanq́; personam ex propria denotari figura. Videtur autem quibusdā tribus esse commune proprio charactere insigniri, earundem suffragante constitutionibus, ac commune idioma esse Patris Filij, atq; Sancti spiritus, quasi collectionem proprietatum, non substantialium complecti. Quēadmodum fortè humani generis numerositati cōmune est, diei, noctis, horarum, ac cuiuslibet diffiniti temporis esse perceptibilem. Etenim irrationabilia, & si temporis habere sensum uideātur, ueluti hyemis, æstatis, caliditatis, & frigiditatis, nō tēpus. sed quæ in tempore fiunt, percipiūt: tēpus quippe res incorporea est, nec sensu percipitur. Qui uerò sensum refugit, irrationabilia non nouerunt. Apparet igitur ex his quæ dicta sunt,

Similiter commune est eis esse personā Hypostasim, substantiuū, singulare.

immobili proprietate insigniri, non substantiali, & unicum characterem habere, tribus personis communia esse: quod uerò huiusce communitates, non sint substantiales, manifestum, cum non secundum substantiam dicantur, neq; substantialiter insint, neq; singulariter. Non enim eadem omnes proprietates complectuntur insignitiuas, cum singulare perfectam sui characteris completionem habeant, & differentem ab omnibus alijs rationem: Igitur tres diuinæ personæ, alia quidē habent insignitiua, & alia quibus minimè insigniuntur: ut de Adam & Eua, & Cain uideri potest. Adam enim proprium plasma esse, quòd immobile idioma in ipso extitit. Euæ uerò proprium ex sectione costæ prouenisse: Cain primum esse omnium genimen, quòd alij non contigit homini. At nihil horum dictarum personarum insignitiuum erat, cum collectio proprietatū qualiter nunquam in alio fuerit, eadem, id est, proprietas quæ innascitur ex tali collectione illorū, ac quorumlibet similium insignitiua censeatur proprietas, quam nunquam duo uel plura individua insigniri possunt, ueruntamen quodlibet huiusce collectionis, secundum speciem uel genus, alijs inesse præter supradicta possunt: ut Philosophum esse, Athenienscm,

Ideo & in numerū colligi possunt quia non substantiales sunt, ut possint dici tres Hypostases, uel persone uel substantia uel singularia tria uel tria propriis characteribus insignita.

Athenienſem, caluum, & his ſimilia. Trium uero perſonarum tres proprietates inſignitiuæ ſunt, paternitas, naſcibilitas, & proceſſio. Quare unaquaq; dum unam tantum perſonam inſignit, circa unam tantum conſideratur. Attendendum uerò eſt, quod in tribus perſonis, qualitas duobus modis conſideratur. Nam ſubſtantialiter & ſecundum proprietates, quibus diſtinguntur: quòd ad qualitatem ſpectat & qualitatis eſt proprium, ut declaratũ eſt. Propterea non puto dandum eſſe quod inſignitiua proprietas perſona ſit, quam inſignit, & circa quam conſiſtit, ut character circa ſubſtantiam: ſecundum quòd perſona conſtitutionem habet. Coniuga tamen perſonæ talis proprietas ſemper eſt, immutabilem cum ipſa ſubſiſtentiã ſortita. Ergo ſingulæ perſonæ ſingulares habent proprietates, & alias quaſdam uni ſiue duabus communes. Quibus de rebus ut ſuperiori planum fit, quòd nulla qualitas, Spiritũ à Filio magis, quàm à Patre diſterminet.

Videtur deitatis eſſentia nõ dici qualitas, ſed & qualibet proprietas perſonalis

Fides uere catholica qua creditur perſonales proprietates non eſſe ipſas perſonas.

CAPVT III.

PORRO neque habitudo eſt magis diſſecans, & diſterminans Spiritum à communitate Filij quàm Patris. Nam habitudo eſt

communitas differentium adinuicem, ut uocum, harmonia, animorum proportio: & animæ atq; corporis, coniugatio. Et habitudinis quidem proprium est differentia, colligere in communitatem. Ad aliquid uerò, ad aliud respicere, nec in seipso consistere. Quorum quidem forma est ad aliud dici, illud uero, ad quod dicitur similiter dici addit quòd ad se dicitur, eorum quæ ad aliquid cõsecutio. Cæterum, quæ consistentia sunt adinuicẽ non dicuntur, ut lux solis est, & ad solem non dicitur. Aliud enim est, alicuius esse mensuram, aut actionem, aut passionem, aut possessionem, siue proprietatem, & aliud ad aliquid esse, uel dici. Illa enim & si alterius sint, propriam naturam habere uidentur. Ad aliquid uerò, in eo quod ad aliud respicit, esse habet, & ex eo, quòd ad suum refertur aliquam suscipit cõuersionem. Quòd de Spiritu sancto quidam non arbitrantur recipiendum. qui quidem & si Patris sit & Filij, non tamen Pater Filiusúe conuersim ad Spiritum referuntur. Non enim Pater, siue Filius, Sancti spiritus, Pater uel Filius, qui amborum donũ dicitur: & comparibus alterutri donatorum honoribus decoratur. Nam cœlestis est, orbem replet, donũ existens uitæ & uirtutis, per hoc donum omnia

Deo

Deo & Patri Filius reconciliauit. Hoc dono anima, quæ salita nõ est putrescit, fœtorumq; sordescit cogitationibus. hoc dono Apostoli roborati uniuersum peragrauerunt orbem, doctoris prædicantes mandata, sanctificati à Patre & à Filio prout Saluator dicit: Pro eis ego sanctificabo me ipsum, ut & ipsi sancti sint in ueritate: quamuis Patrẽ roget ut sanctificet illos, et CHRISTVS quidẽ seipsum sanctificauit, pro Apostolis cæterisq; fidelibus. quãdo hostia p mũdo oblatus est et quãdo tota humanitas, ut primitiæ in ipso per crucem sanctificata est. Pater quoq; hostiam suscipiens mundũ sanctificauit, per quam reformati Filij Dei nuncupamur. Sed & Spiritus sanctus, uera sanctificatio est, qua fideles per ipsum unum fiunt, qui proprium quasi uocabulum et singularem charactera, sanctũ dico, sortitus est. Verum sicut natura Spiritus est sanctus, sic natura sanctus est Pater, sic natura sanctus est Filius: propterea utiq; apud Esaiam Seraphin ter uociferantia Sanctus, describuntur, quia in tribus personis secundum naturam sanctificatio consideratur. Nec solum hoc ipsum Patri & Filio commune habet sanctificationis nomen, sed et ipsam Spiritus nuncupationem, cuius multiplicitas breuiter hic di-

stinguenda

stinguẽda est. Multipharia certe Spiritus dicitur
1 Nam Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum,
Idem dicit Dominus de Spiritu sancto. in spiritu & ueritate, adorare oportet: & Propheta dicit: Spiritus ante faciem uestrã CHRISTVS dominus. Spiritus, & Sanctus spiritus,
2 iuxta illud: Ite baptizantes in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Spiritus angeli dicitur,
3 sicut scriptum est: Qui facit angelos suos Spiritus. Spiritus & Sancti Spiritus dona nuncupantur: quæ operationes Propheta nominauit. Cuius iterum gratia aliquando quidem ignis, aliquando uero aqua, nũcupatur: aqua quidem ut: Quicũq; biberit ex aqua hac quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ uiuæ in uitam æternam. Et rursus: Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Ignis autẽ dicitur ut illud: Ipse uos baptizabit in Spiritu
4 sancto, & igne: Spiritus rursus dicitur spiritualiter uiuere, ac secundum Deum conuersari. Quicunq; enim, inquit, in Spiritu Dei uiuimus, hoc
5 est, spiritualiter. Nouit autem scriptura & spiritum uocare uentum: & quod literam distinguit, ut illud: Litera occidit, Spiritus autem uiuificat.
6 Item Spiritus dicitur quo filiorum adoptio secernitur, ut illud: Non enim accepisti is Spiritum seruitutis. Spiritus etiam notabilis affectio: ut Esa-
7 ias.

ias: Cognoscentur qui errant Spiritu. Spiritus dicitur & uitalis uirtus iuxta Ecclesiasten: Quis nouit Spiritum filiorum hominum, si ascendat ipse sursum, & spiritum iumentorum si descendat ipse deorsum in terram. Spiritus & humana anima nuncupatur, Vt in manus tuas commendo Spiritum meum. Manifestum ergo ex his quæ dicta sunt, quòd non solum Pater & Filius, et quod est amborum donum, Spiritus nominantur: uerum quàm plura alia insignuntur eodem nomine, unde non ubicunq; Spiritus dicitur, Deus ostenditur, neq; rursus ubi Paracletus, ibi intelligitur & Spiritus. Quanquam & hoc eius nomen sit, quo maximè cognoscatur. Nã ut omittantur alia, CHRISTVS qui est sapientia Dei, Paracletus uocatur, & tamen non est ipse illa tertia persona, quæ appellatur Spiritus sanctus. Sed fortè dicet aliquis, cum spiritus Pater, spiritus Filius, spiritus dicatur & Sanctus spiritus, quomodo secundum hoc uocabulum à Patre & Filio differentiam habere posit notari? ad quod dicendum quod Pater cum sit Spiritus & sanctus, non est neq; dicitur alicuius Spiritus. Similiter autem Filius spiritus existens atq; sanctus, nequaquam alicuius spiritus nũcupatur, quia naturã diuinitatis

ipsam

ipſam, ſic acceptum ſignificat. Spiritus uerò ſanctus, & eſt alicuius Spiritus & dicitur, & enim Patris eſt Spiritus atq; Filij: Apoſtolo teſtãte qui dicit: Miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda noſtra: quinetiam donum eſt Patris & Filij, in quo nomine habitudo uidetur ſignificari. Etenim his quæ ad aliquid ſunt, huiuſmodi aßignatur proprietas & habitudo: cum eſſe ad aliquid ſit habitudinem habere, ad aliud ex quo potentiam non minus in his quæ extrinſecus ſunt, quàm in ſe ipſis exiſtendi habent, quæ relatiua ſunt. Sanè cum extera permutantur, fiunt illa & corrumpuntur, quod uero ſecundũ ſe eſſe dicitur, hoc ad aliquid non eſt, ut homo * tricubitum * Hæc quanquam de alio dicantur: tamen ſui ipſorum ſunt quòd exiſtunt, homo enim & ſi alterius dicatur, non hoc tantum ipſum quod eſt homo, ſed in eo quod filius ſiue pater uel aliud huiuſmodi. Referuntur interdum relatiua & per accuſatiuũ caſum, & aliter: ut magnum ad paruum: et ab aliquo, ut donum à donatore, quod quidem ſancto Spiritui cõgruere uidetur, ut alterius dicatur, et ſecundum huiuſmodi habitudinem, ad aliquid ſit. Eſt enim donum Patris & Filij, & diutiæ quæ terminum non habentes defectum ignorant, qui

Deeſt hic aliquid, ſed paruum.

amborũ dona distribuit, quæ ambo ab æterno do
nãt, ut quidã arbitrãtur omniũ bonarũ donatio-
nũ receptaculũ. Inquiũt enim, licet ante omnẽ
creaturã nõ fuerint qui talibus ditescerent, ac ope
ras præstarent largitionibus, erat tamen Spiritus
perfectũ donũ, nullo ipsius participãte, alio quin
adiectũ aliquid diuino accessit et aduentitiũ. Hoc
modo Dominus, cẽsebatur, priusquã ei seruiretur
antequã aliquid crearet creator. Id si nõ constet,
sequitur quod ex accidenti, & non ex natura ei
creare ac dominari aduenerit, et recẽter adiectũ,
subinductumq; sit, & non coæternum. Item, in-
quiunt, Si ante creaturas non erat Dominus, &
creator atq; donũ, frustra sunt ei causſa dominan
di, donandiq; condita, & creata promouentia
ipsum sibi in dominum creatorem atque donum.
Quare si pedem retro creatura ferat, denudabi-
tur Spiritus dono & dominio. Ergo manifestum
ipsum ab æterno habere talium habitudinum ra
tiones. Qua ex re palàm est Spiritum sanctũ ali-
quam habere ad Filium habitudinẽ. Nempe habi-
tudo per omnia prædicamenta transire uidetur,
& per contraria: per substantiam enim, ut in Pa
tre & Filio: per quantitatẽ, ut in duplo, dimidio-
que: per qualitatẽ, ut in disciplina et disciplinato:

ubi, ut in sursum & deorsum. Quando, ut in antiquius, & recentius. facere, fecare, pati, secari, iacere, præponi, subijci, habere, ut in calciamento, quæ si rebus non adiacerent, à se omnia diuellerentur, per habitudines utiq;, differentia & numerus in diuinis hypostasibus apparuit Quod qualiter sit, breuiter quia interest disputationis cõ memorandum est.

CAPVT IIII.

CHRISTIANORVM fides indubitabile ac firmum tenet, quod Deus ex Deo lumen de lumine nascatur: & quod Deus ex Deo procedit, & hic quidem est ex quo quis nascatur, hic uerò qui nascitur ex aliquo: hic uerò qui ex aliquo procedit. Et Pater quidem Deũ ex quo quis nascitur indicat,, Filius uero Deum qui nascitur ex aliquo significat, porrò Spiritus sanctus quia non absolutè pronuntiatur, sed Patris & Filij spiritus, ex aliquibus procedẽs ostẽditur. Quare tres sunt adinuicem distantes. Enimuero Pater neq; Filius est, neq; spiritus: neq; Filius Pater siue Spiritus est: neq; Spiritus esse potest, quorũ Spiritus dicitur cum impossibile sit ex aliquo existens esse ex quo existit, & ex quo existit esse

quod

quòd ex se prouenit. Hæc profecto sunt habitudines, ex quibus numerus innascitur pluralis, & ancta Trinitas ostenditur, quæ quidem eo quòd Pater & Filius & Spiritus sanctus unus Deus sunt, unitas esse subintelligitur. Quamobrē unitas est in Trinitate, ac Trinitas in unitate. At uerò unitas naturæ attribuitur, Trinitas uero personarum est, non naturæ. Sanè non est naturalis unitas ex eo quod Trinitas hypostatica, neq; rursus hypostatica Trinitas, ex eo quod unitas naturalis. Ideoq; quidam opponunt dicentes: Si alia existit naturæ unitas quàm personarum Trinitas quatuor reperiuntur in diuinitate, res, Trinitas, scilicet & Vnitas. Cuius rei solutio, satis manifesta est, ex eo quod nulla persona cum ea natura quam habet numerum facit, unde nec CHRISTO humanam naturam connumeramus, ut ipsum humanamq; naturam quam habet, duas res esse profiteamur. Amplius autem nihil quod alterius completiuum est, siue genus sit, seu differentia: siue natura, seu substantia, uel personæ determinatiuum & constitutiuum, numerum facit cum constituto. Igitur Deitas cum sit natura trium personarum, non eis connumeratur: ut quatuor pronuntientur res: unitas, scilicet, naturæ, atq;

Non idem esse unitatē naturalē. & unitates personæ les a quibus trinitas conligitur.

Solutio ueritatis robore subnixa. Similiter dixit Ambrosius in hexametro cō cōnumerātur quę non comparantur.

Quia nec eis comparatur, uel coæterna uel consubstantialis uel coæqualis uel aliquid taliū sub comparatione suarum partiū cadit.

personarum Trinitas, uerè tamen creditur & dicitur, quod natura Patris non sit Pater, cũ nulla persona natura sit, neq; sui ipsius, neq; alicuius alterius. Qua in re tali quidem similitudine utuntur: Inquiunt enim: Qui dicũt libraui nomisma, portẽdit se in pondere aurũ isse libratũ. Et rursum qui dici aurum libraui, nummum aureũ se librasse asseuerat. Nomismatis quippe character, cum grauitatis expreßit non libratur. Sic itaq; inquiunt: Nos cum dicimus ex substantia Patris Filium nasci, non cogimur fateri, ex duabus ipsum exoriri rebus, sed ex uno eodẽq; genitore. Quod autem ex substantia Patris nascatur Filius, palàm est: Aut enim ex substantia patris nascitur. aut alicunde extrinsecus. Quod si extrinsecus nascitur, nõ est eiusdem natare cum Patre Filius, sed alio participans sanctificatur, quod solum cogitare prophanum est. Sin autem ex tota substantia Patris Filius profluit, est autẽ Spiritus Patris & Filij, necesse autem sectionem & diuisionem, passionemúe accidere, circa Patris substantiam, aut Spiritum impaßibiliter & indiuidue de Patris & Filij esse substantia. Indiuidua enim Patris substantia est, quam totã cuius Spiritus est Filius implet. Ex quo manifestum

quod

quòd habitudinibus tantummodo prohibentibus non est Filius Pater, neque Spiritus Filius. Nullius enim intelligẽtia capit ex aliquo profluentẽ, esse ex quo profluit, ne forte prior seipso inueniatur, uerum unitatis diuinæ naturæ consecutio exigere uidetur, Patrem esse Filium, ac Filium Patrem, eo quòd tres hi unus Deus sint, sed ut exaratum est, intercessio habitudinum hoc prohibet, quia Pater, non potest esse is, qui profluit ex eo, cum ex nullo sit. Sine initio enim atque ingenitus Pater est, Filius uero Sanctusq; spiritus ex substantia Patris, aliter & aliter existunt. Nam Filius ex Deo est, qui est Pater eius. Sanctus autem spiritus non est ex Deo Patre suo, sed ex Deo qui est Pater. Ergo Filius in eo quod ex Deo est, Filius Dei censetur. Ille uerò ex quo est, eius appellatur Pater: at uero Spiritus non est ex aliquo, ut ex Patre, sed ut ex caussa. Profectò Filij & solius proprium est ex aliquo esse, ut ex Patre suo palàm est quòd in sancta & beatißima Trinitate non sit Pater, nisi unius Filij: sicut Filius est unius Patris, neque Spiritus ut trinitas seruetur, nisi unius Patris atq; Filij unius. Enimuero ut unus Deus solus est, ita unus solus Pater est, unus solus Filius, & unus

solus Spiritus sanctus: qui Patris est et Filij æqualiter & indifferenter. His igitur sic se habentibus, si Spiritus sancti donator & missor, ab æterno Filius existit, & Spiritus quoq; donũ & imago Filij æternaliter, claret quod habitudine non dissecetur à Filij. Amplius, quam à Patris communitate, ut autem superiora monstrant, habitudo est communitas à se inuicem aliquo modo differentium: nempe ubi nulla est differentia, nulla est habitudo: & ubi habitudo, ibi alicuius modi differentiam esse necesse est: inde nihil ex alio prouenire potest, nisi ad aliquid aliquo modo habentis intercedat habitudo. Hæc enim est quæ copulat faciens patienti, per aliquam familiaritatem: ut hoc quidem possit in illud agere, hoc uero ab eodem pati: propterea multiplices modi humanarum habitudinum sunt, sicut aliarum rerum, ceu Patris ad Filium immediatè, ad Filium uero Filij mediatè: & deinceps ad gradum usq; septimum. Harum habitudinum quædam cum ipsis interimuntur subiectis, aliæ uero subiectis absq; alteratione omni manentibus disparent. In quo satis apparet, ad aliquid nõ esse secundum participationem. Nam ut quidam opinantur, quæ ad aliquid sunt, neq; inuicẽ participant, neq; de se prædicantur

Habitudo.

Ad aliquid.

dicantur. Idcirco positum, & positio: stans, & statio: sedens, & sessio: & quæcunq; talium non sunt ad aliquid. Participat enim positum positione, ac sedens sessione: ad aliquid uero non participant inuicem, quia opposita sunt: sed neq; Deus Pater, suo Filio participat, neq; de illo prædicatur. Nanq; Pater semper est Pater, & non Filius, Filius uerò semper filius, & non pater. Cum uero Pater nuncupatur Dei Filius, non absolutè intelligẽdum: sed seculorũ Pater, atq; creaturarũ. Conditor quippe noster existens, per conditionẽ noster uocatur Pater, et nõ per naturam, ut: Deus Pater eius est. Inseparabiliter tamen habet, quod noster Pater sit, sicut & Spiritus donum: ac donari nobis ut superius disputatum est. Nihil enim alienum ipsi accidere potest, quòd circa ipsum nõ semper fuerit. Erat certè ante secula omnitenens conditor & Dominus, sine habitudine habens omnium eorum rationes, quæ circa ipsum perspiciuntur. Quæ habitudines cum circa substantiam sint, ipse nequaquã substãtia sunt, nec tamen ab extrinsecis obueniunt. Similiter autem quæ substantiam diuinam complent, non solum ab extrinsecis nihil contrahunt, sed per se insunt intellectæ absq; omni talium habitudine. Qua ex re quidã

Dominũ uel donũ uel cõditorem esse non esse Deum esse uel subsistere, etiam si nec temporaliter sed æternaliter intelligatur deo conuenire.

in hunc modum argumentantur: Si diuinum sui ipsius perfectè absq; quolibet defectu cõpletiũ est, nullã habet habitudinem ad ea, quæ extrinsecus sunt. Nã si ex cõditis et creatis acquisiuisset habitudinẽ, fuisset potẽtia eius indiga, & per extrinsecã habitudinẽ cõdendi potẽtiã sortiri uisũ fuisset. At uero diuinũ per se sufficiẽs est & sui ipsius absq; quolibet extrinseco cõpletiũ. Nefas enim est aliquod adiectũ Deo attribuere, ut habent qui uiciſim ex defectu copiã nanciſcũtur. Deus sanè non cum fuerit res, tũc eas perdiſcit, quia mundi ante originem præſciuit ea quæ in nouiſſimis ſunt futura temporibus. Ideo ante quam faceret terram & ſecula, in ſe ipſo habuit ut modo habet, & non aliter rebus iam conditis & creatis, eorum qui circa nos rationes, quod Paulus inſinuat Timotheo ſic dicens: Collabora Euangelio, ſecundum uirtutem Dei, qui ſaluauit nos, & uocauit uocatione ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum & gratiam, quæ data eſt nobis ante tempora ſecularia: manifeſtata autẽ nunc, per illuminationẽ Saluatoris IESV CHRISTI. Si ante ſecula, cum nondum noſtri eſſemus uocauit nos ſecundum propoſitũ Dei omnia præſcientis, certum eſt, quòd ante quam uo-

cati

cati uocator, & antequam creatura esset, creator extitit Deus, & antequam donaretur Spiritus, donum fuit Patris & Filij, nullam ad illos habens habitudinem, qui accepturi erant. Propheta Dauid ad Deum loquens dicit: Esto mihi in Deũ protectorem: & iterum: Factus est Dominus refugiũ pauperũ. Sed enim protector et refugiũ semper erat. Quare quòd erat hoc et factus est postulãti, scilicet, et obsecrãti. Ab æterno quidem erat Rex, quia Deus: factus est aũt Dominus plasmatis nullã habitudinẽ, nullãq; altercationẽ suscipiens, ex quo in actũ creatura prodijt. Si enim homo nõ permutatur indiuiduis illius, totiẽs pereuntibus alijsq; succedentibus, sed manet indemutabilis, & inalterabilis, propriam conseruans rationem, multo amplius: quia incõparabiliter habitudines circa diuinas personas, quanquam in pluribus distantibusq; cõsiderentur, inalterabiles tamẽ perseuerant. Incõueniens igitur dicere pro hijs quæ fiũt diuinis personis, quæ sunt impermutabiles aliquid accidere, profanũ est et interime re differentiũ adinuicẽ Spiritus Filijq; rationes sempiternæ alterutrius habitudinis. Manifestum igitur habitudinẽ quã habet Spiritus ad Patrẽ, eã habere ad Filiũ: nihil eorum quæ ad aliquid sunt

perhibente, quin Filij sit, et ex Filio idē Spiritus.

CAPVT V.

CAETERVM emissio Spiritus ex Patre nequaquā prohibere potest prouenire Spiritū ex Filio, dū per eundē Filiū Pater, non ut per instrumentum Spiritum emittat, nullo intellecto medio. Quare si Pater est caussa Spiritus, & Filius. Nā in Filio est Spiritus sanctus, ut in caussa, quod ex caussa est, non ut in loco, neq; ut in subiecto. Etenim locus ab eo quod in loco est, differt substantialiter, similiter autem & subiectum, ab eo quod in subiecto, at uero Spiritus in Filio per caussæ rationem consistens, ut in Patre, utriq; idē est. Itaq; ut in caussa, quòd ex caussa est, sic amborum ac in ambobus Patre, scilicet, & Filio, Spiritum inseparabiliter esse constat. Amplius, Quecunq; duo ut indiuidua secundum naturam, absq; aliquo medio, intelliguntur, quicunq; alterum esse præstat & alterum, hoc enim in uena & fonte: trunco ac radice: unitate ac binario: alijsq; forsan pluribus est uidere. At uero Pater & Filius duæ personæ sunt, & secundam naturam absq; medio prorsus intelliguntur: qua de re Spiritui uterq; præstat existentiam. Igitur ut uerum est

Filij

Filij Spiritum esse, sic ex Filio progressum & causſam ipſum habere manifeſtum eſt. Sed quoniam tam patet emiſſionem non esse impedimentũ Filio, quin is cum Patre Spiritum emittat, demonſtrandum ſimiliter uidetur, quod neq; facere, uel pati, dictam causſæ Patris ad Filij communitatem diſterminet. Id quidem multò liquebit euidentius ſi commemoretur breuiter, quid facere, quid pati, & quid actionẽ esse Philoſophi conſtituerint, & utile quidem hoc forſitan erit, ad dicendorum declarationem. Eſt igitur ut ipſi dicunt Facere ſecundum naturam, in paſſionem ducere: Pati uero in paſſionẽ duci: uel Facere, eſt aſſimilare ſibi quòd patitur: Pati uerò facientẽ aſſimilari. Hoc autem exẽplis dilucidant. Aſſimilat, inquiũt, ſibi faciens, patiens: ut ignis in aqua agẽs, ſibi eã ſecundum caliditatem aſſimilat. Ecce cum aqua quidẽ poteſtate calida ſit, actu uero frigida, ignis accedendo poteſtate, calidum contingens atq; paſſibile, permutat: quod in ea poteſtate fuerat, in id quod actu nuncupatur. Et enim quod à poteſtate in id quod poterat permutatur, hoc actu eſſe perhibetur, ſiue ſpecies, ſiue paſſio, ſiue quies ſit: ut æs, ab eo quod poteſtate, ad id quod actu proueniens, ſtatua fit per formam cõſummata. Nam actu

Facere & pati quid.

um aut absq; medio, aut per medium passibile contingere oportet: ut homo in balneis per medium calescit: dum ignis aëra, hominem uero calefacit aër. Verum attendendum, inquiunt, quod tantum in his quæ mota è regione mouent, proprie contactus fieri dicitur. Quippe neque imago, neq; exprobatio animam contingit principaliter, dum ab ipsa nihil mutuo repatiantur. utpote quæ prorsus dissimilia & diuersa, & quæ in se uicissim facere apta non sunt, neq; pati mutuo quo fit ut dulcedo nihil agat in nigredinem, neq; in dulcedinem grauitas: Aiunt ergo, si face est secundum qualitatem permutare, Deus autem cõditor substantiæ omnis: manifestum quod non propriæ factor ceneatur, sed conditor atque productor uniuersitatis: Naturalium enim atque artificialium factores tantum esse cõstat, Deus uerò cũ sit, ultra omnia inuisibilia atq; uisibilia nequaquã factor censeri debet. Nãq; factor per uiã quandã & generationẽ, quod agendũ est, adesse conducit: Deus uerò in tempore nihil facit, propterea non factorem, sed conditorem eum censeri oportere dicunt. Amplius, Si facere est sibi quod patitur assimilare, secundum aliquam qualitatẽ: non est Deus factor orbis propriè, cũ nulla ratio

ne

ne mũdo existat simul, aut creaturæ cuipiã. Sciendũ uero, ut quibusdã sectarũ uidetur, nõ simpliciter dandũ est faciẽs comitari quod patitur. Nã facere est boare, currere, ambulare, scribere, atq; alia huiusmodi, quorũ nullũ patiẽs sibi aßimilat. Cum igitur Pater sine causßa, & absq; initio sit, & perfectior aut potentior eo quem generat esse non posßit: æqua enim duobus potentia, quæ potest æqualiter tã minora quàm maiora producere, idcirco nõ pluriũ exhibitiuus est Pater quàm Filius: sed quicquid exhibet, qui sine causßa exhibet, & qui ex causßa est, absq; medio, & cũ neq; prius qui sine causßa est, eo q ex causßa producat, sed simul Pater, simul Filius, euidẽs q, nõ sit inter Patrẽ Filiũq; separatio causßæ Spiritus: propter Facere et Pati. Quicũq; enim duorũ singulariter Spiritũ emitteret. foret utiq; altero potior, ut causa cõprehensibilior, amplior, atq; cõtinẽtior. Ergo cũ Pater Spiritũ emittat, et Filius qui est imago Patris, nequaq̃ παραπεχαραγμένα uel demutata, integrã seruãs circũferentiã, qua de re necessario adsũt Filio, quæcũq; adsunt Patri. Omnis quippe imago quæ παραπεχαραγμένα non est, semper ad archetypũ integrã habet circũferentiã. Quod quidẽ mẽdatij arguatur, si ex Patre Spũs prodeat

non

non communicante Filio: at uero nihil est Patris ante Filium, nec abs q; Filio Pater producit quicquam, quia non adoptione uerbum Dei Filius Patris existit: sed secundum ueritatem de substantia ipsius genitus est, & eorum qui participatione Dij & Filij, ipse factor est atq; conditor. Hinc igitur manifestum, cum perfectissimum signaculum omnem ad Patrem seruans inconferentiam existat Filius, quod ex se ipso, ut Pater emittat Spiritum. Quicunq; uero huic repugnat dogmati, me tuere uidetur, quod ab Hæresiarchis prophanarũq; nouitatũ inuẽtoribus commentũ est, hoc modo argumenta concinnantibus, imò Elenchorum ignorantias: si Spiritus ex Filio est, omnium potestatem cœlestium atq; terrestrium habente, male ac præter Patris uoluntatem faciunt, qui orando à Patre uel Spiritu aliquid postulant: Omnia enim Filij sunt à Patre donata: cuius dona sine pœnitentia & indemutabilia sunt. Siluit igitur à potestate omnium eorum quæ tradidit Pater, etiam, et ab iudicio, & ab emissione Spiritus. Ideoq; peccant qui à Patre uel Spiritu aliquid postulant per orationem, ipsum Spiritum potestatemq; uniuersorum possidente Filio. At uero non est in his formidandũ, quia nihil auferetur Patri, quòd Filio attribuitur

tribuitur. Omnia enim Filij Patris sunt: ut enim lux à sole, alter ab altero inseparabilis est, uerũ æqualiter tres personæ omnibus præsunt creaturis, quarũ singulæ iuxta suum ordinem, & uirtutem illarum præsentia irradiantur: hæc quidẽ æternaliter, illa uero secundum tempus: & hæc quidem incorporaliter, illa uerò secundum corpus, unaquæq; proprietatẽ ferens à propinqua similiariq; caussa, secundum quàm inde sortitur existentiam.

CAPVT VI.

Necessaria ratio in hisque priora sunt.

AD hæc autem sciendum, quod quibuscunque substantia quælibet adest, & eius actio, sed non quibuscunq; actio & substantia. Nã solis actio illuminatoria, in aëre quidẽ & in alijs perlucidis diffunditur, non assistente illis solaris substantia: at uerò de summa & diuina substantia uera conuersio fit. Nam ubi diuina substantia, & eius actio, & ubi eius actio, & ipsa, quæ ubiq; simul & nusquam est. Non in parte quidem ubique, in parte uerò nusquam: sic enim à se ipsa diuulsa esset, & separata: si hoc quidem eius ubiq; & in omnibus, hoc uero nusquam et ante omnia: sed tota ubique, ac tota nusquam. Ideo utique ubi actio Dei et Deus, qui tantùm se præbet, quã-

tum

tū quis capere poteſt: nō ut habens partes, ſed ut exiſtens ante omnia, unus enim Deus cum ſit, perſonæ tres, ante omnia quæ ipſo replentur, cauſſa eorum omnium eſt inalterabilis, & impermeabilis ſuis uberrimis mundi gubernans largitionib. & actionibus. At dum ſermo de actione inſtituitur, à memoria excidere non debet, quòd ſicut diuina ſubſtantia, paternitas, filiatio, miſſioñe: & cætera quæ in Deo & circa Deum ſupra ſubſtantiam, paternitatem, filiationem, & miſſionem: ſic & actio Dei ſupra actionem intelligenda eſt. Nā licet prædicamentorum nuncupentur uocabulis, quæ in tribus & circa tres perſonas conſiderantur, nihil tamen ad prædicamenta, diuina aliqua res pertinet. Sed quidam dum uolunt oſtendere quod facere diſgreget à Spiritus cauſſa Filium, talibus utuntur argumentationibus, ſi facere in diuino ut in creaturis quibuſdam duplex eſt, hoc quidem ſecundū uoluntatem, ut condere, ſcribere ac cætera, quæ ad artifices ſpectant, hoc uerò ſecundum naturam, ut generare, et ignis: ut urere, Pater uero in eo quod ſecundum uoluntatem facit, inſeparabilis à Filio Spirituq; ſit. In eo uerò quod ſecundum naturæ conſecutionem agit, ſeparabilis: ſolus ipſe ſuo eſſe quo à Filio diſtingui

tur

tur Spiritum emittit. Quo fit, ut Filius non emittat, de Spiritu uero patens est, quod se non possit emittere, quia nihil ex se prouenire potest uel fieri. Cæterum: pati nullo modo asserunt impedire processionem ex Filio, & si dupliciter dicatur: ut secari, uri, & consummatiuè ut discere, legere. Quippe nec secundum corruptionem, nec secundum consummationem Deus aliquid patitur, cũ sit incorruptibilis, & sibi sufficiens, creaturisq; omnibus: obq; hoc solum Deũ Patrem isti generare & emittere dicunt, ut materiam pati tantum: perquam & alia passionis participant, facere autem & pati opinantur elementa, ut participantia formæ atq; materiæ, nec non omnia penè quæ composita sunt: ut plumbũ agendo in argentum patitur & corrumpitur, dum ipsum purificat. Agit quidem dum purificat, patitur uerò dum ab igne consummitur: facit ergo, inquiunt, Pater natura & uoluntate: natura quidem faciendo Filium generat, emittitq; Spiritum: uoluntate uero faciendo, mundum creat conseruatq; creatum: propterea æqualem & coæternũ sibi generat & emittit, quia esse generat, & esse emittit, sed esse non creat, nec conseruat: nam neq; artifex esse suo ea secundum quæ

artifex

artifex nuncupatur perficit, frequenter in seipso contemplans, quod non producit in opus à quo longè cadit opus quod facit, sicut omnia corruptibilia à diuina natura procul. Item dicunt: Si esse Deus produceret, cum ipso simul emersissẽt omnia, & tam præterita quàm futura simul conuenissent, quæ simul natura nequaquam patitur. Atqui alia est Dei generatio, & alia eorum qui non sunt productio, quæ simul esse nequeunt: eo quod non esse Deus ea produxerit, sed uoluntate. Nam si esse produxisset, tot emersissent, quot expromere potuisset toto utiq; faciens esse, tota fecisset uirtute: quæ cum infinita sit, non solum hunc mundum, uerũ infinitos huic præsenti consimiles fecisse potuit. Sin autem non poterant, quã multa imbecillitate opprimebatur, qualibet artificis disciplina potente, quam plura facere similia? Quare, inquiunt, Deus Pater sicut solus esse suo generat, ita solus esse & emittit, uoluntate uero neq; generat, neq; emittit, quod sic demonstrãt: Si uoluntate, non natura Deus Filium genuisset, aut semel cum uoluisset, nolens permansisset de cætero: aut rursum uoluisset, & rursum genuisset: qui si non est unius uoluntatis sed differentis, non unum tantum habet, sed plures filios

Amplius.

Amplius, Si quæcunq; uult facit Deus, si non generat, aut quia non potest prorsus dimittit: aut quia non uult: si non potest, corruptibili minor est natura: quæ apta est ad impotentiã. Sin potẽs noluit quod natura habuit, cohërcuit uoluntate. Quare si nondũ genuit, uolẽs generabit aliquãdo. Amplius: Si uoluntate genuit, uoluntas generatiõe prior est, ut in creaturis iuxta illud: Faciamus hominẽ, & illud: Omnia quæcunq; uoluit fẽcit: aut uirtus, sapientia, consiliumq; Patris Filius est, in quo permanet, et per quẽ operatur omnia. Qua de causſa, non est uolũtate genitus, sed neq; necessitate, quasi nolẽs et coactus pater genuerit, nullo existente qui posſit cogere. Idem de Spiritu aiunt sentiendum esſe, unde manifestum, quod sicut Pater solus esſe generat, sic esſe solus emittit: natura, non uoluntate, quod ex hoc patet, et quod coæternũ coæqualemq; sibi Spiritũ emittat. Porrò hæc ut mihi uidetur quæstio, ex superioribus lucem habet solutionis, ubi Patrem, non ut Patrẽ emittere Spiritum demonstratum est, talis utique complexio in proprietatibus tantum quæ insignitiuæ sunt personarum ueritatem tenet: in his enim antecedit ac sequitur dictum esſe, ut si esſe generat, solus generat: & si solus gignitur, esſe gignitur.

gnitur. In alijs uerò minimè, ut ex pluribus animaduerti potest, Pater cognoscit spiritũ suũ, esse, scilicet, idẽ secũdũ quod persona est, nõ uolũtate. Solus ergo Pater spiritũ cognoscit. Itẽ esse Pater habet Spiritũ, nõ uolũtate. Quare Pater solus Spiritũ habet: sed hoc falsum esse Apostolus perdocuit. Vna enim causa unũq; principiũ, Pater et Filius, quorũ Spũs sanctus est, et idcirco nõ ex alterius esse tantũ, sed ex utrisq; prodit esse par uterq; et coæqualis. Nequaquã enim magnificẽtior Filio Pater, uel Spiritu, ut homo inter animantia, qui illis ampliora facere potest: Itaq; nõ absq; Filio Spiritũ emittit. Veruntamẽ existimandũ nõ est ex Patre Filioúe, Spiritũ sortiri aliquod principium ut ipsis posterior, neutro enim iunior siue recentior Spiritus est: Quanquam in multis quod ex aliquibus prouenit illis posterius esse uideatur, in paucis uero intelligatur simul, ut splendor solis, ex sole prodiens, ipso posterior non est. Eodem uero modo Pater & Filius, quia nec multũ, nec modicum Filium Pater præcessit, nec Filius Spiritum. Dicit enim Propheta: Ante me non est factus Deus, & post me non est: Deus autem neque fit, neq; habet quicquam se antiquius. Ego enim, inquit, primus, & ego nouissimus, hoc de

patre

Patre, hoc de Filio, & hoc de Spiritu sancto, confitendum est: de his tribus personis Iheremias dicit: Dij qui cœlum & terram non fecerunt pereant: alibi tamen scriptum reperitur. Ego manu mea extendi cœlum, in quo tres personæ intelligendæ sunt. Dauid enim dicit: Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Ecce conditorem demonstrat Spiritum & Filium: non nudum uerbum Filium, non uaporem diffusum in aëra, Spiritum nominando, cum uerbo cœlum firmauerit, & uirtus sanctificauerit Spiritus sancti. Vt enim sancti perhibent Patres, uerbum essentiam præstitit, sanctitudinem uero Spiritus. Ex quo liquidò apparet, Spiritum non habere ante se principium, & si ex Patre et Filio proueniat. Quippe quod infinitũ est, utrumque oportet infinitum esse, ut Paulus testatur dicens: Neq; principium dierum, nec uitæ terminũ habet. Qua ex re quia diuinum, supersubstantiale, ac ante omnia existens, principium, terminũq; ignorat: impoßibile est dicere quid sit secundum substantiã. Vix enim poßibile languidè eorũ aliquid apprehẽdere: quæ circa ipsum, pro eo quod eius sapiẽtia supra nostrã exaltetur intelligẽtiã, quæ quanquã diuisibiliũ & permutabiliũ sit,

ipsa enim diuiditur. Nã indiuidua unitas est, nõ alteratur: quia indemutabilis est, non habitudine multiplicatur, quia impermixta ea perseuerat.

CAPVT VII.

RESTAT igitur per actiones tantũ hominibus Deũ manifestari, quæ iuxta quorundam opinionem non habent, quod potestate dicitur, asserentium circa singulas temporis partes, de subito emergere: & concursu uoluntatis, non motu Deum facere omnia. Motus enim non est repentina emissio ab habitudine, sed alia ante aliam, fit promotio in speciem, quæ potestate tantum existit in faciendare, secundum materialem informemq; proprietatem per transitum considerata in continuitate diuidua. Dei autem actio maximè cum fine est plena sui ipsius indeficienti consummatione. Quod autem ad plenum consummatum est, cum illo qui festinat consummatũ iri, non habet communitatem. Quamobrem absque motu Deum operari asserunt, & repente, hoc est præter extensionem temporis. Cuius opere, mentem, sensus, emissionemúe luminis, imagines quasi ponunt. In apparendo enim lux de subito terræ illustrat ambitum, non comitante temporis motu

actionem

actionem luminis: in omnem partem similiter diffundentis se. Qualis penè uidetur esse actio sensuum, siue operatio. Simul utique in aspiciendo absq; temporis interuallo, uisibilia, præsentia, & absentia uisus æqualiter comprehendit. Hinc est quòd quidam dicunt actionem esse repentinam emissionem habitudinis, quam non prosequitur temporis motus: latitudo, ut cœlestium corporum, solis, aliorumue sine fine illuminantium: alias uerò naturales, ut calefacere, infrigidare. Artificiales quoq; ut mederi, fabricare tempus prosequitur. At uero licet mens sensusq; sine latitudine temporis noscat & sentiat, consummationem tamen absq; temporis, à latitudine non possidet. Porrò Deus sine temporis latitudine opus quodcunq; uult suum perficit, & consummat: quod ex his quæ à CHRISTO facta sunt miraculis liquidò apparet: Tolle, inquit, grabatum tuũ & ambula. Dixit uerbo, & sanatus est puer: & iterum: Extende manum tuam, & remittuntur tibi peccata: Fiat tibi sicut uis. Hoc autem & his similia, in ictu oculi Saluator patrauit, cuius uirtus & potestas, absq; qualibet distinctione temporis, ac dilatione omnia perficit. hoc utiq; Pater per se facit, hoc Filius, ut Pater possidet, hoc Spiri

tus sanctus habet substantialiter. Sicut enim lapis dimissus non admittente deorsum mouetur, ille enim dimisit tantũ. Naturale uero quod possidet momentum tulit deorsum lapidem: & sicut ignis qui ad inferiora iacitur, ab ea quam intrinsecus natura possidet, ad superiora reducitur: ita tres personæ, non ab extrinsecis facere uel operari, æqualiter habent: sed ab intrinseca uirtute, quam naturaliter cõplectuntur. Quippe licet secundum naturam & uoluntatem faciant, non est tamen in eis uirtus ad similitudinẽ inferiorũ, in quibus alia est naturalis, alia est adiecta. Naturalis quidẽ, quæ semper adest: ut igni urere, lucere soli. Similiter aũt lapidi dimisso, uiolentia cessante, moueri ad inferiora. Adiecta uerò quæ aduenit extrinsecus, & abesse potest, talis uirtutis effectus censetur actio. Quæ scilicet, uirtus interdum caussa, interdũ caussatiuũ, nuncupatur. Substantiæ quidem effectus ex qua prodit, caussa uerò quam emittit actionis. Atqui Patris uirtus caussa ipsa est, & ex caussa generatur enim, et emittit, & nullum sortita est aduentitium. Nec huic sententiæ repugnat quod scriptum est: Filius nõ potest à seipso facere quicquam. Nam si quid Pater

facit, & similiter Filius facit: Filius autem non potest aliquid à se ipso facere: erit, ut neque Pater aliquid à se ipso faciat. Quare si Filius non potest aliquid à seipso facere, neque Pater, quia non hoc Pater facit, hoc Filius contemplando imitatur. Qui utique optimum & omnium bonorum maximum, Spiritum habendo in medio terræ operatus est per se, consequens est quod omnia possit sicut & Pater: sed à se ipso non potest aliquid facere, in eo quod nihil contrarium Patri, uel ab eo alienum. Is potestatem suam clarificat, cum dicit: potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Nullus ſq; tollet eam à me: potestatem habeo uitæ & mortis, sicut & Pater. Propterea quos uolo uiuifico & illumino, dando eis Spiritum uitæ, & quos uolo mortifico, & in tenebris dimitto auferendo eundem. Ergo non est contrarium à se ipso nihil posse facere illi qui est, ut uult facit, licet uult potestatis, non posse autem à se ipso subiectionis sit. Nam uirtutis indemutabilitatem, potestatis coæqualitatem, communitatem Spiritus & omnia quæcunque habet Pater, præter singularem proprietatem habet & Fili-

us, & enim Spiritus dator est sicut & Pater: sed non conuertitur, ut Paracletus Filij dator sit, remissionemq; peccatorum facit per Spiritum quod non fieret, nisi à Filio mitteretur, & ex ipso coruscando sicut ex Patre procederet. Nec debet aliquē deuiare, quod mitti & procedere ad transitū pertineat, cū Deus ubiq; adsit: quia hoc idcirco dicitur, ut causſam intelligamus Spiritus sancti Filium, et credamus: quorū idētitas paucis quibusdā scinditur differentijs, quòd hic, scilicet, sit Filius, ille uero Spiritus, et hoc solū est, quod inducit diuisionem: alia uero omnia paria & inde mutabilia sunt. Quare patet, quòd neq; facere, neq; pati, neq; actio diuiditur Filium à Patre in emissione Spiritus.

CAPVT VIII.

Vbi & quando quid.

DE ubi uero & quando, palàm est, quòd non dissecent Filium à Patre, in emittendo Spiritum. Nam ubi, & quando, loci & temporis sunt exhibitiua. Sed neq; ubi locus, neq; quādo tempus est, quia locus natura prior est eo quod in loco. Similiter aūt et tēpus, eo quòd in tēpore, prius est natura, præexistentibus utiq; loco & tempore, natura. Dein alio aduenīente ipsis,

ubi

ubi esse dicitur quòd in loco est, & quando quod in tempore, at uero ante Deum nihil est: secula enim omnia ipse fecit & spacium omne. Quare temporibus, seculis, numeris omnibusq; est Deus superior. Etenim uero si seculum eo antiquius fuisset, non utiq; secula feciſſet Deus. In quo nomine simpliciter dicto, tres personæ subintelliguntur; Pater, Filius, Spiritusq; sanctus, quod Seraphim testantur tribus Sanctitudinibus glorificantia, et in unam coëuntia dominationem, Deitatemq;. Certè non modo tempori atq; loco præexistit Deus, uerum Angelis, Archangelis, Cherubin, Seraphin, omnibusq; uirtutibus, à quibus in tantũ abest, ut nõ possint Dei substantiã cognoscere. Ex quo fit, ut nihil aliud nisi gloriã reddant Deo, pacẽq; hominibus bonæ uoluntatis, dũ sanctitudinẽ solam concinunt, & quoniam plenum est cœlum & terra gloria eius, omnium quoq; superiorum uirtutum opus, laus Dei. Laudate eum, inquit, omnes uirtutes eius. Qua de causſa solus seipſum uidet, creatura nulla uidere ipſum potente: sed minus supernis rationalibusq; substantijs homo, ut Paulus perhibet. Quem uidit nullus hominum, nec uidere potest: quia nec uisibiles uirtutes plenè ut est, ipſum contemplantur: licet idem Salua-

tor dicat: Amen dico uobis, quia angeli eorum semper uident faciē Patris mei, qui in cœlis est: At uerò is localem personam non habet, neque in cœlis circunscribitur. Quare ad illud quod in Euangelio alibi habetur huc referendum est: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt: intelligentiæ, scilicet oculo, quantū capere possunt. Quomodo angeli uidere ipsum creduntur, qui puram & perutgilem habentes naturam, diuinū imaginantur prout eis possibile est. Substantiam uerò diuinam, nullus unquam uidit ut omnium cōditricem, & ante omnia secula existentem. Manifestum igitur, neq; ubi, neq; quando, impedire Filium, quin cum Patre Spiritum emittat.

CAPVT IX.

SITVM uerò esse, cū corporibus, scilicet, magnitudinum terminis superficiei, linæ, alijsq; insit, palàm est, quod diuinis nullo modo personis conueniat: ut enim localis habitudo facit esse ubi, & temporis habitudo facit esse quando, sic positionis habitudo, situm esse perficit. At uero quæ in uita, uirtutibus, principalibusq; causis stabilita sunt, impropriè sita esse dicūtur. Cum supradictis & similibus situm esse accidat, & positionē habere, secundum locū, excepto corpore

pore à πλανᾶσθαι uniuersa continente. Porrò incorporeis sitũ esse, substantijs non cõpetit, nisi secundũ metaphorã in Deo quis dicat sita esse omnia, ut in causſa, et in principio. His itaq; sic se habentibus, eundũ est iã ex ordine disceptatũ, utrũ habere dictam causſæ communitatẽ dissecet uel impediat?)

CAPVT X.

HABERE igitur multa significat, ut Aristoteles in Cathegorijs perdocuit: de corpore prædicatur, & de incorporeo, & de corpore quidẽ, propterea quæ circa corpus sita sunt particulariter, ut anulus circa digitũ: et quæ circa corpus totũ ut indumentũ, penaliaq; instrumenta: ut arma. Quorum quædã ut thoracam uoluntariè habemus: quædã cõtra uoluntatẽ, ut uincula nostra quippè corpora cũ diuidua sint, extrinsecus adhærẽtia cõplectũtur. Cœlũ uero quia nihil extra se omisit, in se cohærẽtia intercludit, et undiq; circunsepit. De incorporeo aũt habere dicitur, ut de anima: propter prudentiã, sapientiã, & his similia. Sed enim & de eo, quòd ex anima & corpore cõstat, habere dicitur: propter quædã incorporea, ueluti propter quantitatẽ: bicubitũ, tricubitum: & propter qualitatem, ut album, nigrũ, & cætera talium. Quin etiam & de diuinis

duabus

duabus personis propter tertiam, habere suo modo dicitur. Vere enim dicitur, & Pater, et Filius, quod Spiritum sanctum habeant. Nam si Spiritū Filius non habeat Patris, dignior persona est ipsum habens, Filij persona ipsum non complecten te. Omnis enim cum Spiritu essentia dignior, & potior est, quàm ea quæ Spiritum non habet. profecto animalia plantis, seminibus, herbisq; digniora sunt, & ampliora illis, ut habentia Spiritum facere possunt. Atqui persona Patris indubitatò habet Spiritum, Filij persona eundem non habente. Quare dignior est persona Patris quàm persona Filij. Id quidem ut prophanum Christianorum professio abdicat. Igitur absq; ambiguitate dandū Filium Spiritum habere, ut Pater. Quāuis enim Ioannes testatur sic, se uidisse Spiritum descendē tem manentemq; super eum, non tamen aduenientem habere Spiritum credendus est ut Deus. Nam ut homo habet. sicut quidam demonstrant, hoc modo disputantes: Si hominum in animabus piè ac religiosè degentium, non tamen absq; sorde penitus existentium, Spiritus sanctus habitare pollicetur, multò magis in CHRISTI anima quæ inuiolata & immaculata, sine sorde semper exsitit: nullum omnino peccati uestigium habēs,

idem

idem Spiritus habitauit, hoc Prophetа uaticinabatur, quando dicebat: Propterea unxit te Deus Deus tuus, oleo letitiæ præ participibus tuis: Fratres CHRISTI & participes secundum humanitatem sumus, oleum Spiritus signum est, unctus est autem CHRISTVS nõ ut Deus, sed ut homo. Nequaquam enim ut Dei Filius ungitur, sed caro CHRISTI uera unctione uncta est, aduentu scilicet Spiritus sancti in ipsa Filij hominis conceptione. Et præ participibus, quia illi ut capere poterant, particularis quædam Sancti spiritus emanatio tributa est. Ad instar enim humani Spiritus hominibus uidetur distribui Spũs sancti gratia, quẽ admodũ utiq; is à cerebro descendens, per sensibiles neruos, non omnibus membris, sed secundum proportionem unicuiq; potenti suscipere. Amplius, Plus potẽti suscipere, modicũ minus infundit, ita et largitio donorũ, secundũ proportionẽ fit uniuscuiusq; animæ. Porrò Dei filius nequaquã ex proportione habet, sed totũ habet Pater, totũ habet Filius, et eundẽ. Nõ enim alius est Patris, & alius Filij spiritus, sed idẽ est: & eodẽ ab utroq; modo habetur. Nã in CHRISTO plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, perfectè habitat. Quare iterũ ostenditur, Deũ Dei filium

Fratres Christi sumus.

Oleum quid: Christus quomodo unctus

lium semper Spiritum habuisse. Nempe si Deus Verbum carnem animatam, anima rationali & intelligibili uniendo sibi, secundū personam Spiritum accepit, ex incarnatione primitias Spiritus habuit, simul autem & aliquod perfectum. Quod si profecit, cum æqualis Deo, & ante hac existeret, maior Patre factus est. At non profecit Dei Filius, quia nullius unquam fuit indigēs, semper Spiritus habens plenitudinem: hoc ad Saluatorem prophetico Dauid ore clamabat: Emitte spiritum tuum. Sed enim Apostolorum princeps manifestissime asserit, quod ante incarnationem Spiritum habuit Filius, in prima sic loquēdo Epistola: CHRISTVS semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autē Spiritu. In quo scilicet Spiritu, & his qui in carcere erant spiritibus adueniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabatur Dei patientia in diebus Noë, cum fabricaretur arcba. Quare oportet uitam Filij non esse absque Spiritu, quā non modo ante incarnationem, uerum ante mundi omniumq; seculorum creationem habuit Dei uerbum. Audiendus autem & credendus in his est Magnus in Theologia Gregorius

gorius, fidei Ecclesiæ Latinorum testimonium perhibens, in hunc modum: Spiritus sanctus erat quidem semper, & est, & erit, neque incepit, neq; desinet, sed semper Patri Filioq; coordinatur & connumeratur. Nõ enim decebat aliquando deesse Filium Patri, aut Spiritum Filio. Decuit sanctus proprium esse Filij Spiritum demonstrat. Nam si solus Pater Spiritum haberet, nequaquã idem συμφονία & συμφυια utriusq; diceretur. Quare habet Filius Spiritum, sed non ex aliquo profectu, ut homo. Omnis quippe homo Energuminum habet Spiritum, & subinductum ut donorum eius existens indigus, atque beneficiorum: sic Apostoli cæteriq; Sanctorum: ut lumen, ut charisma, ut unctionem, ut munus Spiritum habuerũt. Dei autem Verbum quod consummatissimum est: nihil indiget beneficio Spiritus, seu donationibus. Quippe non tantum ut homo, sed ut Pater Spiritum habet. Qua de re, cum potior incomparabiliter hominibus sit, incomparabiliter melius Spiritum habere oportet. Apostoli egentes, imperfecti, mortales, per gratiam, Spiritu sancto repleti sunt, nec omnia Spiritus dona, nec omnes eius operationes

habuerũt

habuerunt aliquando: nam unum tantum uirum CHRISTVM, scilicet, septem mulieres, septiformis gratia Spiritus apprehenderunt. Impossibile enim est, ab aliqua creaturarũ perfectè spiritum apprehendi: at uero quem mundus capere non potest, eum insitum & ex se, ac secundum naturæ consecutionem habet Pater, habet & Filius. Qua de re, habere non dissecat processionem Spiritus ex Filio. Igitur, cum nihil sit quod distet minet processionem Spiritus ex Filio, quia neque intellectum ut substantia, neq; ut quantitas, neq; ut qualitas, neq; ut quodlibet aliorum: manifestũ & euidens per demonstrationem positam factũ est, ut æstimo, Spiritum sanctũ ex Filio, ut ex Patre procedere, ac de his hæc dicta sufficiant.

CAPVT XI.

VELIM utiq; iam & Sanctorum Ecclesiæ pastorũ testimonia, quæ Spiritus existentiam ex Filio esse prædicant, latius omnium auribus insinuare, ni quædam communis omniũ Græcorum opinio, quæ infirmanda est, cum cæteris hoc facere inhibeat. Asserũt itaq; Græci æquiuocè Spiritum dici esse Filij atq; Patris. Quod ex ueri similibus colligentes, eos qui hoc negant inconueni-

cõueninentia plura sequi opinantur, sicut manifestum est ex his, quas inferũt cõclusionibus. Aiũt igitur plures in diuina scriptura uoces inueniri, quæ similiter quidem proferuntur, intelliguntur uero dissimiliter, ut apud Lucam Euangelistam dicentem: IESVS proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines: profectò si proficere illum in sapientia quis dixerit, consequens erit nequaquam ipsum scientiæ perfectionem habuisse. Rursus si neget in sapientia proficere, neque secundum ætatem debet habere profectum: qua ex re proficiendi uerbum æquiuocè audiri oportet: proficere enim significat ex paruo magnum fieri, & ab imperfecto, uenire ad perfectionem. Secundum quod signi fieatum ætate uerè, dicebatur proficere. Nam cũ esset paruulus circa corpus augmentum suscepit, sapientiæ uero et gratiæ dissimilis erat profectus Quippè non ex indocto doctus, & gratiosus ex ingrato, proficiendo fiebat: sed gratia & sapientia proficere apud Deũ dicitur, quia gratior & sapientior uidebatur esse hominib. quotidie quòd reuelaretur & manifestaretur in eo per singulos dies Spiritus sancti actio. Quare proficiebat Verbum, licet uniuocè uideatur dici, tamen æ-

quiuocè pronunciatur. Similiter autem & Pater nomen æquiuocè accipitur, ab ipso Saluatore loquente post resurrectionem ad Mariam: Ascendo ad Patrem meum & patrem uestrum. Eodem modo suum discipulorumq; nominauit Patrem, sed eodem modo non in ellexit. Etenim CHRISTI pater natura, discipulorum uero adoptione: Propheta quoq; Dauid, creaturam ad glorificandum inuitans dicit: Laudate eum omnes angeli eius, uirtutes, dracones, abyßi. Idem tres pueri psallebant: Benedicite Dominum. angeli domini, imber, ros, & omnia nascentia in terra: filij hominum, sacerdotes, serui domini. Ecce similiter omnia benedicite Deum exhortatur, quantũ ad prolationem dictionis, quæ dißimiliter intelligũtur. Rationales sanè creaturæ per scientiam disciplinamq; Dominum benedicunt: Irrationabilia uero, quia talium minimè participant, non per se, sed per nos, qui cum simus rationales illa intuendo factorẽ nostrum ipsorũ intelligimus Dominũ benedicunt. Ait enim Apostolus: Inuisibilia eius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Etenim ex admirabili dispositiõne illorũ quæ facta sunt, conditor omnium creaturarum pronũtiatur. Sed enim Matthæus CHRI

STVM

STVM conceptum esse de Spiritu sancto, & Maria uirgine innuit sic dicens: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. At non est CHRISTI Pater Spiritus sanctus, quia non ex eo est tanquam ex Patre, sed ut ex eo, qui præparauit uuluam fœcundam, consubstantiali Verbo, carnemq; condidit absque lege commixtionis, diuino prorsus, & ineffabili modo. Quo fit ut non Spiritus sancti Filius, sed sanctissimæ uirginis, secundum naturam dicatur & existat. Attribuitur aũt huiusmodi opus Spiritui, propter sanctitudinẽ: & quia caussatiuus est Patris et Filij, & alia similia his annecti quãplurima possunt. Eo dẽ uero modo Spiritũ esse Filij, ac procedere ex Patre et Filio dicitur æquiuocè. Hoc Nicomediæ Antistes sic distinguit: Quid igitur, inquit, dicemus, cũ unaquæq; dictio differẽtes habeat significatiões, et aliæ quidẽ penè cũ infinitæ sint, ac omnibus notæ, ubi mihi uidetur prætermittẽdæ sũt: de illa uero sola quæ imminet, et proposita est nobis, nũc diuisio faciẽda est, de hac scilicet, procedere. Potest enim significare uox ista procedere, ut aliqd de loco moueatur ad locũ, potest aũt significare mitti et dari, et hoc ipsum quod nos profitemur, ex causa secundũ existẽdi rationẽ puenire.

Quare ex spiritu conceptus filius dicatur.

Cum ergo Athanasius, & Ambrosius, & si quis alius pater Spiritum dicit à Filio, uel per Filium procedere, non secundum existendi rationem dicit: absit, sed secundum alterum horum duorum omnino significatorum. Quemadmodum enim fatemur ipsum Spiritum per filium manifestari. sic & mitti ab eodem & dari. Alius uero quidã sic: Spiritus sanctus ex Patre procedit, nequaquã autem ex Filio. Præsul uerò Methone Nicolaus hoc modo: Licet Spiritus Filij, at non ex Filio est, aliud enim est Filij: aliud dici ex Filio. Equidem hoc eius quæ secundum naturam unionis & familiaritatis significatiuum est, utro modo dicatur, siue Spiritus, siue processibile, hoc autem, scilicet, ex Filio esse, illius quæ ex caussa est productionis. At uero nequaquam. Quicquid secundum naturam alicui propinquat, hoc ex illo esse contrahit. Nam fratres secundum naturam propinquãt adinuicem, alteruter enim alterutrius dicitur, aſt ex altero, alter nunquam asseretur: aliquando, quia non est alterius alter caussa, sed amborum Pater, & ideo ex solo Patre ambo. Sic igitur κατατόμοι, tum dogmatos, quas putant redargutionibus fugere, capiuntur supra malitiam uaniloquium stabilientes. Nicetas uero Philosophus, non minus

minus amara effundit. Ex dæmonis, inquit, odientis bonum prauo consilio] ὑπανολουθοῦντες, id est, aberrantes, uel seducti, & quamplurimum à ueritate absistentes, sanctissimum conditorem diuinæ Spiritum ex Filio procedere, ut ex patre, simili modo decernere conantur, Non intuentes miseri emergentem hinc foueam, & prophana quam multa quæ sequuntur.

CAPVT XII.

HAEC quidem & alia, quorum relatione cessaria non est ad præsens, Latinis peritissimi Græcorum obijciunt, habentia quidem aliquas forte uerisimilitudines, basem uero nec unam innitentem soliditati. Oportet certè quamlibet acutè cernentem, aliorum delicta arguentèq; conuenientes inducere argumentationes, rebus illis quibus fidem negotiatur. Cæterum quæ dicta sunt, nulla comitatur demonstratio, nec à scripturæ quæ diuinitus inspirata est testimonijs comprobantur, nec à sanctis Ecclesiæ pastoribus aliquæ sortiuntur fauorem, ob quam rem inutiles magis positiones sunt, quam demonstrationes. Aequiuocationes quidem in diuina scriptura omnes recipiunt, Spiritum uero cum æqualiter Patris sit Fi

lijúe procedere ab utroq; dißimiliter, nõ puto cõ cedendum. Sed minimè abſq; demonſtrationis adminiculo, atq; ſcripturæ diuinitus inſpiratæ teſtimonijs, ſanctorumq; Patrum ſanctionibus inducor ad hoc. Et quidem arbitror quod illi fides parti tribuenda eſt, cui hæc quam maxime conueniant. Igitur adiuuante Sancto ſpiritu, plena ueritatis contradictio proſiliat in medium, primũ quidem ſimilitudo ex fratribus aſſumpta reijcienda eſt. Nam ualde diſſimilis exiſtit, & nullo modo fidem apta eſt facere, propter duas cauſſas: una, quod Filius non dicitur Spiritus ſancti, ut fratrũ alteruter, alterutrius: alia uero quia fratres abſq; medio ex Patre ſimiliter per generationem prodeunt, niſi mediante forte quis matre dicat progredi ad lumen. Veruntamen quantum ad genitorem immediati uere pronuntiantur, filius uero atque ſpiritus diſſimiliter ex Deo Patre prodeuntes, minimè per conuerſionem reciprocantur, ut ſuperius oſtenſum eſt. Inſuper nec hoc bene dicitur: ideo Spiritum filij eſſe, quod ſecundum naturam illi propinquet, eidemq; uniatur. Eodem utiq; modo, quilibet Patrẽ eſſe Spiritus profiteatur, quòd ſubſtãtialis ei ſit, unumq; natura. Quare non ob hoc aſſerendum eſt Filij eſſe Spiritum,

quod

quod sit eiusdem naturæ, neq; quod per Filiũ detur: quod nihil differt dicere, Filius ipse dat ut apparebit in sequentibus. Et quoniam Latinorum dogma infringere non sufficiunt, discutiendũ quoque est, utrũ æquiuocatio uerbi procedere, obuiet fidei Latinorum, secundum dicti præsulis opinionem, an non. At qui non obuiare sic ostẽditur. Si non esse Filij sanctum spiritum æquiuocationẽ fugitat, neque dum asseritur Filij esse Spiritum multipliciter debet intelligi: huius propositionis fides ab Aristotelica inuestigatione trahitur dicente: Si quid secundum contradictionem alicui opponitur, non dicitur multipliciter, nec oppositum, ut non uidere, uidere opponitur, dicitur autem non uidere multipliciter, uno quidem modo non habere uisum: alio uero, non uti uisu. Quare necessarius et uidere multipliciter dici. Vterq; enim eorum quod non uidet, opponitur quid: ut ei quod non habet uisum habere, ei uero quod non utitur uisu, uti. Quare sine esse Filij spiritum uno modo intelligitur, & esse uniformiter profertur: at uero non esse Spiritum, filij, unum semper falsum possidet intellectum non esse scilicet, de substantia filij Nempe

neq; quantitas, neq; qualitas, neq; poßeßio, neq; actio, nec aliquid huiuſmodi aliud negatur eſſe Filij: unde nuſquam in ſacra ſcriptura, ſecundum aliquẽ uerum ſenſum reperitur Spiritum ſanctũ nõ eſſe Filij. Inueniretur autẽ proculdubio, ſi nõ eſſe Filij ſpiritũ prædictarũ aliquam ſignificationum innueret. Item æquiuoca non ſunt comparabilia, ut alba uox. alba tunica: acutus humor, & acuta uox. Hoc enim non ſimiliter alba uel acuta neq; magis alterum. At uero ex Patre procedere, ac filio procedere comparabilia ſunt: quoniã procedendo unum eſſe quod perſonaliter ſpiritus habet, ab utroq; ſimiliter et æqualiter accipit. Quare non æquiuocè dicitur, procedere Verbum de ambobus pronunciatum amplius. Quælibet trium perſonarum, aut præſtat eſſe alteri duarum, aut accipit ab ipſa. Hæc per inductionem propoſitio, ſuſcipit probationem: Pater à Filio alia perſona eſt, eo quòd per generationẽ ei eſſe præſtat. In hoc enim differt à Filio, quod ei eſſe dat per natiuitatem: rurſus à genitore Filius differt, quod naſcendo accipit ab ipſo exiſtentiam. Item à Spiritu ſancto præter hoc differt Pater. quia eſſe illi dat dũ ipſũ emittit. At uero Spiritus ſanctus nõ ob aliud alia exiſtit à patre Perſona, niſi quia

ex

ex ipso esse, procedendo accipit. Igitur et à Filio dū alia sit persona, idem spiritus aut illi esse dat, aut ab ipso accipit. Non autem dat, ut palàm est, ac cipit ergo. Circa unam enim & simplicem substantiam Patris, & Filij, Spiritusq; sancti. Aliam præter eas quæ dictæ sunt, causſam differre adinuicem uix quis rectæ fidei aßignabit. Quare si alia est à Filio persona Spiritus, dictarum aliquā habitudinum ad ipsum habet. Sin autem non, ab ipso nō est alia psona: igitur his predictis proprietatibus, tres personæ adinuicem æqualiter differre habent, & non aliquibus accidentibus. Nihil enim in suprema Trinitate quod posſit abijci, uel abeße. In quibuscunq; autem subintelligitur aliquid huiusmodi accidens adiacet. Quare insuper substantiali trinitate non est accidens. Amplius: ubi aceidens posterioris non abest intelligentia, quòd accidēs in alio prorsus esse habeat, quod autem in alio esse habet, & per se non potest existere, eo in quo est, quasi posterius reputatur. Propterea communis intelligentia de Deo non permittit accidens in eo intelligi. Nequid circa diuinum eo posterius consideretur, atq; ex hoc siue actu, siue potestate, dissolubile cogitetur ac corruptibile: talis enim est existentia superuenientiū

secundum naturam, ut posse dissolui uideatur. Re stat igitur Patrem à Filio & Spiritu, æqualiter differre, Filium quoq; à genitore ac Paraclito, similiter spiritũ à Patre & Filio. Qua ex re quantum filiatio Filium differre à Patre facit, tantundem paternitas à Filio Patrem. Quibus uere positis & concessis, aut Pater secundum emissionem Spiritus nihil differt à Filio. Aut amplius: Pater à filio differt, quàm à genitore Filius. Si enim generatione sola insignitur Filius, generare uero & emittere Pater, pluribus differentijs à Filio Pater quàm Filius à Patre differt. Generare uero ac mittere, duæ proprietates sũt, quibus Pater utrisque à Filio differt. Hoc autem inconueniẽs haud puto aliter uitari posse, nisi confitendo quid Patris & Filij commune sit Spiritum emittere. Per id ambos eodem differre modo à Spiritu. Iuxta uero huiusmodi rationem. credendum est quod Filij & Spiritus commune sit ex eadẽ persona existentiam habere, in quo par eorum ad Patrẽ differentia intelligitur, & si alter quidem per natiuitatem, alter uero per processionem ut frequenter commemoratum est splendeat. Sed hoc æquiuocationi non debet putari obnoxium, cum inter creaturas absque ulla æquiuocatione multo differentiora

ferentiora reperiãtur, uermis quippe ac Elephantus ex eodẽ genere esse habent. Animal enim hoc genus amborum, sicut cæterorum caussa existit animalium. Quòd sicut ab eis æqualiter participatur, sic de illis uniuocè prædicatur, & amborũ caussa dicitur uniuocè. Verũ alter ex semine, alter absq; semine naturã adipiscere animalis, & sciendũ quæ per generationẽ adesse prodeũt, nõ simul fieri & existere: quod præueniat eorũ generationem substantia, præterea est quidem aliquid horum, quæ fiunt usque quo perficiatur, ut Leonis, & similium. Idem in arboribus herbisq; inuenire contingit. Nam eorum quædam ex seminibus, quædam uero sine seminibus ex terra, ut ex suã caussa prodeũtur: quibus secundum hoc commune caussatiuum esse nullus ambigit. Amplius: Quæcunq; alterantur non eodem modo alterationem suscipiunt. Contingit enim repente alterari, et nõ prius dimidiũ, ut aqua cõgelari, argentum quoq; uas, mox ut aquã calidã susceperit, calere. Interdũ aũt uicinam partem à cohærente calefieri, aut congelari: postremo generis & differentiæ commune est de pluribus prædicari, sed alterũ in quid, & alterũ in quale: nec idcirco alterari uel prædicari æquiuocatio amplectitur. Sed affirmationi quoque ac negationi, priuationi,

& habitui, contrarijs, & relatiuis commune, ut pluribus, & maximè notis, uisum est opposita uniuocè dici. Attamen affirmatio & negatio in oratione consistunt, in rebus autem priuatio & habitus, quorum alter, tantum, scilicet, habitus secundum naturam est. Nã priuatio, in eo quòd priuatio, semper contra naturam est, & relatiua quidem licet ad aliud & ad aliud de eodem prædicantur, contraria uero nequaquam, ut ex diffinitione eorum patens est. Qua de re talis prouenienti modus prænominatas uoces nõ facit æqui uocas: ad hoc autem adijciendum, quod Patris et Spiritus cõmune sit, immediatè habere ad Filiũ, ex quo paritas utriusq; differẽdi à filio discernitur. Congruum proculdubio est, per omnia diuinaq; dignum Maiestate, ut sicut persubstantialia non superat alium alius, ita & differentiarũ excessus non reperiat locum. De insignitiuis aũt proprietatibus, certissimum est, quòd intelligi faciant tres personas, paribus distare differentijs: fugit nimirũ Trinitatẽ elementorum, aliarumúe creaturarum aßignatio: quæ quidem secundũ magis & minus differunt. Aqua enim nõ habet tantum grauitatis, quantum ignis poßidet leuitatis. Idcoq; magis à terra, quàm à liquido elemento,

per

per leuitatẽ differt ignis: at uero Pater quantum differt à Filio, tantum differt à Spiritu, Similiter autem Filius tantum differt à Patre, quantum à Spiritu. Spiritus quoq; tot differentijs à Patre distat, quot & à Filio: hoc autem ex eo dinoscitur, quod circa unamquamq; personarũ, par proprietatum numerus reperiatur, siue singulares sint illæ habitudines, siue non: hoc modo: Spiritus solus procedit. solus imago Filij est, & solus mediatè Patri copulatur. Est autem ei commune cum Filio, ex eadem persona existentiam habere & cum Patre immediate habere ad Filium. Filius quoq; solus gignitur, solus splendor & figura substantiæ dicitur: & solus immediatè ad Spiritum, & Patrem habet. Emittit autem cum Patre Spiritum, & ex eadem persona cum Spiritu accipit existentiam: Pater etiam sine caussa existens solus esse præstat duobus simul, secundum quam significationem amborum caussa uniuocè pronuntiatur: ex quo uterq; causatiuus dicto tenore dicitur, solus generat, te solus mediatè se ad Spiritum habet. At qui cum Filio emittit Spiritum, & cum Spiritu immediatè habet ad Filiũ. Quod si Filius nihil commune cum Patre personaliter haberet, communicat autem Spiritui ut dictũ est,

ex ea

ex eadem persona existẽtiam habere, magis à Patre differt quàm à Spiritu. Rursus si Filius Spiritui, & Spiritus Filio aliquid communicat ut persona, cum Patre aut neuter aliqua proprietate iungitur, pluribus alteruter differẽtijs à Patre quàm à se dauiditur. Hæc igitur & quæ in ante expositis distinguuntur, sunt differentiæ, seu proprietates, uel habitudines, quæ circa tres personas considerari possunt, absq; fidei periculo: præter quas haud multas inuenirí posse arbitror, quæ cum istis in eadem partitione numerari debeant. Sed in omnibus his atq; similibus magnopere attendendum, quod mediatum, & immediatum, propinquum, & quicquid simile: nõ ut temporis aut localis positionis, aut spacij, aut tumoris, aut' magnitudinis significatiua dicuntur, sed omnia ut beata dignum Trinitate accipienda sunt. Quod si apud sanctorum aliquid legere in Trinitate nõ esse ordinẽ, intellectũ dat auditui, quod omnẽ trã scẽdat ordinẽ. Quõ nõ esse aliquid eorũ quæ sunt Deus dicitur, nõ quod nõ sit, sed quod super omnia entia sit. Nẽpe si ordo tollatur, nõ sit Spũs tertius et Filius à Patre secũdis, ut Christus tradidit, Magnusq; Basilius testatur: nec Pater sit Filij, Spiritusq; causa, nec Filius sit ex Patre, nec amborũ Spiritus

ritus cẽſeatur. Idcirco eſt in Trinitate ordo, et ſi ab homine impoßibile ſit ſciri qualis ſit. Et immediate quidẽ Filius, mediate uero ſpiritus ex Patre proueniunt. Ait enim Damaſcenus, per Filium datur ſpiritus, & ab omni creatura participatur: et Nyſſenus Gregorius ſcribit ad Aulaliũ, hoc quidẽ credimus eſſe cauſſam, hoc uero ex cauſſa: et eius quod ex cauſſa eſt, rurſum aliã differentiã intelligimus, hoc quidẽ proxime de primo, hoc aũt per proximũ de primo.

CAPVT XIII.

MAGNVS quoq; in Theologia Gregorius idẽ perhibet: Spiritus ſanctus Patri et Filio coordinatur, et cõnumeratur, itaq; nõ expedit Filiũ à Patre in emiſſione Spiritus ſeparari. Enimuero ex tali diuiſione funiculus æqualitatis differentiarũ rũpitur, ſalutis noſtræ minuitur fides, triũ perſonarũ magnificentiſſimus ordo in iritũ cadit, et magis et minus, multũ & parũ, inalterabili, cõmiſcetur Trinitati. Quod ſolũ cogitare prophanum eſt, & plenum execrationis: æqualiter enim, unaqueq; trium perſonarum ab altera differt ut oſtenſum eſt, & æqualiter conuenit nihil impediente, quod Spiritus amborum dicitur, & uere exiſtit, quod ſic uerũ oſtendi poteſt. Spiritus Filij eſt, aut ratione naturæ, aut ratiõe gratiæ,

at Dei Verbum nihil ex gratia quia Deus est pos
sidet. Quare nihil adiectum, nihil habet nuper ad
ueniens, sed ut à principio consisterũt ex uberan
tiæ diuinæ ratione consistunt naturæ, uidelicet,
naturaliter. Non enim ut cætera uiuentia, uitam
Spiritumq; attributionis causſa poßident, sed ut
Filius ex Patre naturaliter Spiritum habet. Qua
ex causſa rursus ostenditur, quòd uniuocè Patris
Filijq; Spiritus esse dicatur, æqualiter & indiffe
renter, à Patre missus & à Filio: quod Ioannes
qui merito Chryſostomus censetur, super Ioannẽ
his uerbis affirmat: Intuere, inquit, qualem indu-
cit, cum uenerit Paracletus quem ego mittam uo-
bis, ipse testis erit fidelis. etenim Spiritus ueri-
tatis est propterea non Spiritũ sanctum, sed Spi
ritum ueritatis ipsum uocauit, qui à Patre proce
dendo diligenter omnia nouit, sicut & ipse dicit
de seipso: Scio unde uenio, & quo uado: Ecce, in-
qui, nequaquam Pater solus, sed & Filius mit-
tens est. Quis igitur contradicere audeat, tantæ
sanctitatis uiro, enuntianti manifestißimè quòd
ambo Spiritum mittant, & asserere quod à Pa-
tre ac Filio Spiritum mitti æquiuocè ac non eodẽ
modo pronuntietur, Quod si æqualiter ab alteru
tro Spiritus mittitur, alteruter mißionis Spiritus

causſa

causſa æqualiter eſt, et uerax eſt CHRISTVS qui hoc dicit, & dictus Ioannes magiſtro teſtimonium perhibens, mendatij reus non inuenietur. Si igitur Filius mittens, & miſſus cauſſa, & ex cauſſa eſt, nihil inopinabile ſequatur, quòd Spiritum emittit, ſicut mittit. Nam ſi homo ſecundum naturam & ex propria uoluntate corpulentum ſuum Spiritum reſpirat, & inſpirat, multò magis Dei Filius ſpiritum ſuum mittit & emittit, æqualiter Pater perfectè ac eodem modo ipſum complectens, abſq; diminutione. Ex quo patet iterum quod Filius Spiritus ſancti quadam cauſſa exiſtat naturaliter, ut ipſe Pater: dubitabit autem aliquis ſi ratione naturæ Pater Filiusq; Spiritū mittunt, nequaquam Spiritus ſuæ ipſius miſſionis expers ſit. Nam quæ naturæ ratione inſunt, tribus æqualiter congruunt perſonis. Ad quod dicendū, quod nō omnia quæ naturæ ratione inſunt, naturæ aut natura ſunt, ut ridere quidem naturale eſt, attamē poſterius in ſpecie fit riſibile. Similiter autem nutriri, reſpirare, moueri, ſecundum locum animali adſunt, & nihil horum ex animali natura exiſtit. Item animantia naturaliter producunt Pontus, tellus quoq; plantas, animalia, herbas, quorū nullum de telluris ſeu ponti natura eſt, ſed produ

cunt ea ex ingenita & naturali aptitudine quam habent. Iuxta utiq; talem modum, mittere naturaliter ac emittere Pater Filiusq; dicendi sunt: hoc est, non adiacente, nec postmodum aduenies extrinsecus, & hoc merito: namq; sufficiens & perfecta est emissio Patris, quæ in eo uno solo filio adimpletur. Cæterum, si plures Pater filios haberet, posset dicere aliquis: hunc non omnia quæ Patris sunt habere, nec cum Patre adimplere Spiritus emissionem. Nunc autẽ unus est Filius Dei unigenitus, uerusq; Deus, qui ut suum mittit Spiritum, sic esse tribuendo emittit: quod Magnus Basilius in tertio aduersus Eunomiũ sermone patenter affirmat, dicens sic: Quæ utique necessitas si dignitate atq; ordine tertius existit Spiritus, tertium esse ipsum & naturâ dignitate namq; secundus à Filio, ab illo esse habens, & ab eo accipiens nobis annuntiat: & omnino illi caussæ innixum tradit sermo pietatis. Natura uero tertiũ uti neque à sanctis scripturis addocemur. Neq; ex his quæ dicta sunt per consequens syllogizari posibile. Quemadmodum enim Filius ordine quidem secundus est à Patre, quoniam ab illo & dignitate, quia principium & caussa est Pater, & quod per ipsum accessum habemus ad Deũ & Patrem: na

tura

tura uero neutiquam secundus, eo quod Deitas in alterutro una. Ita manifestum quod Spiritus licet ordine Filio supponatur ac dignitate, nequaquã utiq; quod alienæ sit naturæ consequatur. Hinc manifestum: angeli omnes sicut nũcupatione una ita & natura omnino idẽ sunt adinuicem. Et post pauca: Spiritus sanctus Filio dignitate supponitur & ordine. Accepimus enim ipsum tertium à Patre numeratum, ipso domino tradente ordinem: in quibus dixit: Euntes baptizate in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti. Sed forsan opponet aliquis, ubi caussa ibi prius & posterius: sed in superexcellentißima Trinitate non est prius & posterius, quare nec caussa: ad quod conuenienter responderi potest. Quod de sole ac eius splendore sermo superius enodauit, prius quidem & posterius in ipsa non debet dici, primum autem & secundum quantum ad ordinem ineffabilem, si dicatur, nõ longe forsitan aberit, rectitudini. Est nanque in sancta Trinitate principium, caussa, & ordo. Nempe filius à Patre numeratur, & Spiritus à Filio: quo in ordine Spiritus à Filio secũdus est. Quod autem secundum est, ab aliquo primo secundum est: ut à caussa, ex qua nomen sortitur huiusmodi. Hoc sciens uerum esse, Nyssæ Gregorius

testimonium Basilio, imò ueritati perhibet, in quibus scripsit ad Aulalium dicens sic: Immutabilitatem naturæ confitentes, eam quæ secundum causſam, & eius quæ ex causſa differentiam non inficiamur. In quo solo discerni alterum ab altero deprehendimus, dum hinc quidem causſam esse credimus: hinc uero ex causſa, & eius qui ex causſa est, rursus aliam differentiam intelligimus. Nam hic quidem proximè de primo, hic autem ex primo per proximum. Et post modicum: Personas quidem in sancta Trinitate causſæ discernit ratio, hanc quidem absq; causſa esse, hanc uero sanciens esse ex causſatiuo. Ecce Dei prolocutor iste Vir, manifestè depromit, quòd ex causſatiuo Spiritus est, uidelicet, ex Filio. Igitur si uerus huius magni Viri sermo, quoniam causſa Spiritus sancti Pater, aut immediatè, aut cum medio existit. Si immediatè non procedit, ex primo per proximum, & mendacij obnoxius Sanctus uir deprehenditur, qui hoc conscripsit. Quod si per proximum procedit, oportet Spiritis sancti quandam causſã Verbum Dei Patris existere, aliquãq; ad ipsum habere habitudinem. Quo fit ut solus Filius ex genitore suo immediatè splendeat, quòd nihil inter ipsos possit intelligi, & Spiritus intrepidè sit ex

Patre

Patre ac Filio, quia omnia quæ assunt Patri, assũt & Filio: excepto quod hic non dicitur Pater, nec ille Filius. Nihil habet demutatum, quod aliud sit à Patre, sed idem. Propterea Sanctus spiritus secundum dictum ordinem existens amborum communis est, qui ordo propter caussam, & id quod ex caussa est apparuit in superexcellẽtißima Trinitate. Verum contra hoc Eunomius oblatrat, dum omnem ordinem posteriorem esse asserit, illo qui est ordinis: cui Magnus Basilius his sermonibus respondet: Ordinum alius est naturalis, alius aduẽtitius. Naturalis quidem, ut creaturarum secundum conditrices rationes dispositus, positio quoq; numerorũ & caussarum ad ea quæ profluunt ex ipsis habitudo: adinuentitius autem & artificialis, ut in assertionibus et disciplinis aliisque huiuscemodi. Cum ergo aliqua ordinis species, non ex nostro placito consistens, sed ex naturæ consecutione proueniens: sicut est ignis ad lucem, quæ ex ipso est. Et infra: Nos autem secundũ carnem adeo quæ ex caussis sunt habitudinem, præponi Filio Patrem dicimus: secundũ uero naturæ differentiam nullo modo, neq; secũdum temporis eminentiam: & hucusq; sanctus. Porrò diuina natura, quia uerè unitas est in simplicitate ma

nens, omne tempus, omnemq; ordinem exsuperat, & neq; multum neq; parum ab uno absistit, quòd eius esse nunquam disgregatur. Vbi enim disgregatio, multitudo cum uno & totum partesq; apparent, & tempus oportet esse mẽsurãq; disgregationis: ut ne ab uno absistentia ad infinitatem eant, propterea multitudo quidem numero mensuratur, distantia uero secundum superficiẽ termino magnitudinis, quorum quidem multitudo per diuisionem ad indiuisibile reducitur. Magnitudo uero per diuisionem trahitur, in infinitum. Cuius rei hæc est ratio, ut Geometræ perhibent: Quod magnitudo fantasticæ intelligitur: multitudo autem opinabiliter, terminatur autem magis opinio, & in uno stetit. fantasiæ uero multitudinem infinitã habent. Propterea fantastica infinita sunt & magnitudines quidem, quia fantasticæ infinitæ sunt, atq; illarum sectio: uel quoniam magnitudinũ nouissima possibile unum fier continuum, multitudinis autem non, eo quòd unitates cum sint indiuisibiles, non habeãt extrema, propter quod non fit unum, ex eis continuum. Sola deniq; diuina natura, nullo modo mensuratur quia uniuersa continet, ignoratur accidentibus exerta, nullo modo secatur, quia impassibilis est:

cui

cui quoq; nihil prorsus iugari potest, non tempus, non seculum, nec ordo, & sicut nihil quod diuinitatis sit disponi potest sub alio, ita nihil diuinitati, neq; diuinis personis connumerari potest: licet enim scriptū sit, uisum est Spiritui et nobis, non tamen seipsos connumerant Spiritus potestati, sed subijciunt: ut ab ipso repleti prudentia, & scientia qui Deus est Trinitate non deciſa nec seiuncta natura. Quoniam tres personæ non sunt tres Spiritus, sed unus: sicut unus Deus.

CAPVT XIIII.

VT de his satis superius disceptatum est. Quapropter unde sermo Spiritum à Filio mitti, et ex eo existentiā habere Magnus Athanasius ad Serapionem scripsit dicens sic: Quemadmodum γέννημα unigenitus est Filius, sic et Spiritus à Filio datus & missus unus est, & solum Spiritus qui ex Patre dicitur procedere, pro eo quia de uerbo quod ex Patre est, manifestè splendet & mittitur atq; datur. Ille enim, inquit, me clarificabit: non ut creatura, sed ut Spiritus ueritatis huiusmodi naturam & ordinem habente ad Filium, qualem Filius ad Patrem habet. Similia his Magnus Basilius ad Amphilochium scribit, in

quiens: Si quis Spiritum CHRISTI nõ habet, hic nõ est eius: unde solus dignè clarificat CHRISTVM, non ut creatura, sed ut Spiritus ueritatis patenter in se ipso ueritatem demonstrans: & ut Paracletus in se ipso insignit mittentis se Paracleti bonitatem, & declarat magnitudinẽ, ex qua prouenit. Ecce in hoc loco sancti duo hi Viri pleni Deo, manifestè asserunt Spiritũ ex Filio prouenire. Liquere debet igitur, cuilibet intelligere uolenti, ex his quæ dicta sunt, quod ex Filio est Spiritus, & ipsum clarificat, & non Filius Spiritum: Filius autem clarificat Patrem, secundum quòd ex ipso est, non Pater Filium, nisi secundum humanitatem, quòd Euãgelista declarat cum dicit: Eleuans IESVS oculos suos ad cœlum dixit: Pater uenit hora clarifica Filium tuum, ut & Filius clarificet te. Sanè ut Deus & Verbum existẽs Patris tempus non habuit, homo autem factus, dicendo uenit hora, demonstrat unicuiq; hominũ tẽpus esse mensuratum, & tempus non fortuitum, ut quidam Gentilium dicebant, sed quod ipse qui est conditor temporum prout uoluit destinauit cuiq;. Quare in hoc loco gloriam quæ extrinsecus in passione patefacta est nominat, & non propriam solum, sed etiam & Patris: Quã non Filius solus

lius solus, uerum & Pater clarificatus est. Equidē ante crucem Iudæi, non adeò, ut prius, ipsum cognoscebant. Israël enim me non cognouit, & populus meus non intellexit me: post crucem uero mundus post ipsum cucurrit, quia quanto maiora quæ circa Filium fiebāt parueriūt, tanto maior pater monstratus est. Clarificata est carnis natura incorruptibilitatem accipiendo, regni thronū adepta. Ideoq; dicit: Clarifica me, humanam scilicet naturam, quæ nūc contumelijs afficitur, cruci figenda post modicum, & induc in gloriam quā habui apud te Filius ego tuus, priusquam mundus esset. Quare dū dicit clarifica me, humanā naturam demonstrat, cum dicit claritatē quam habui, diuinitatem. Vtrunq; enim, ut unus & idem pronunciauit, propter personalem duarum naturarū proprietatem & concordiam. Igitur gloriam secundum hominem quærit. Nam secundum Deum antequam mundus esset, habuit semper ens. Non enim qui non est clarificatus, porrò si gloriam nō habuisset, mentitus fuisset Euangelista qui dixit: Et uidimus gloriam eius: & Apostolus: Nunquā Deum gloriæ crucifixissent: Dauid quoq;: Introibit Rex gloriæ. Qua de caussa, non secundum quod Deus est clarificari, sed secundum humanita

tem quærebat. Vtraq; forsitan gloria intrinseca, scilicet, & extrinseca. Est enim gloria intrinsecus, ut in sole claritas: alia uero extrinsecus aduenies, ut honoris, scientiæ, laudis, ac similiū. Et Spiritus sanctus me clarificabit, quia in nomine meo donationes & operationes facict: hoc est in mea uirtute: ut existentiā à me accipiēs, hoc enim significat, & nō aliud, de meo accipiet. Nūquid accepit quod nō habuit spiritus? absit: Sed hoc dictū est ut personarum ostenderet distinctionem, & quod ex Filio esse habeat Spiritus. Si Filius igitur clarificat Patrem, non Pater Filium, nisi secundū humanitatem (ut anteriora ediſſerunt) & Spiritus Filium, non Spiritum Filius oportet ex Filio Spiritum prouenire, sicut magni Athanasius & Basilius asseuerant. Amplius. Filius non accipit de Spiritu, Spiritus autem accipit de Filio, in profundo eius existens. Quippè si extrinsecus manēdo, ex Filio accipiat, aut scientiam, aut quidlibet aliud rei habere alicuius credatur indigentiam: Atqui nullo indiget, quare si commanens in Filio ab ipso accipit dum est in Filio, ab ipso procedit. Cum enim omnia quæ Filius habet, Spiritus habeat, immachinabile prorsus uidetur, ob aliā causā de Filio accipere, nisi quia est procediq; ab ipso.

Caput

CAPVT XV.

HIIS itaq; per demonstrationes necessarias, argumentationes quoq; Sanctorum autoritates patefactis, restat ut ualde necessariũ ostendere, nequaquam Latinos esse reos Euangelicæ illius enuntiationis quæ dicit: Spiritus ueritatis à Patre procedit. Propter quã à Græcis supra iustum bonumq; mordetur Latinus omnis. Equidem nimium acriter Latinorum in hoc fidẽ Græci dilacerãt, & magniloquis sanctionibus adinuẽtis, ut contemptores, ut prævaricatores, ut desertores, Christianæ legis, ab Ecclesia & Christiana fide, iudicant alienos. Igitur quosdam nunc, & eorũ adhuc morsus, ne qua prætermittatur congrua respõsio, licet secundũ uolumen cõtumelioſas Photij redargutiones, super idem capitulum, confutaverit, expono lectoribus. Aiunt ergo, Qui Spiritum sanctum ex Filio procedere, ut ex Patre asserere conantur, sin dogmatis securitatem non habent: magis quidem cum omnibus ueracior ipse Dei & Patris consubstanti alis coæternusq; Filius, qui omnia cognoscit, quæ sunt Patris, et quæ sunt Spiritus, nihil minus habens ad Deum Patrẽ & ad Spiritum, quàm ad se, qui propter nos, & secundũ nos homo factus, propter inuestigabiles

diuitias bonitatis suæ, ut saluaret humanũ genus, & ad pristinum restitueret, quando perfectiora regni sui mysteria Discipulos edocuit, Sancti spiritus aduentum eisdem promittendo dicebat: Alium paracletum: ut me Deum natura existentẽ, Deum uerum, & lumen uerũ, uitamq; sicut ego & Pater uobis mittam, qui omnium consolationem suscipit. Ideoq; Paracletus est, et uocatur Spiritus ueritatis, qui à Patre procedit: nõ dixit qui à Patre, & ex me Filio procedit. Quid enim prohibebat hoc dicere, si sermo sic habebat ueritatis, ut ne qui ueritas est, uidelicet, ipse Dei & Patris Filius, falsiloquus inueniretur. Quoniam uero nõ sic dictum est, sed solum qui à Patre procedit, & non adiectum est in Dominico sermone, ex ipso Filio: manifestum utiq;, quod hoc decernere temtãtes, aduersus dominica uerba, reliquasq; sacras uoces, Apostolicas traditiones, & communes conceptiones de Deo: sed enim contra sanctas & uniuersales synodos, semperq; memorandos Patres insurgunt. Qui si, ut æquum est, ad uiam redire ueritatis uelint, gratia Deo, qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Sin autẽ salutem amplecti nolunt, hos ut ἀποτροπιασμὸν, id est, fugiendos, odiosos, impiosq; quicunq; rectè sentire uult

re uult(& cum sancta uniuersali Ecclesia, quæ à finibus usq; ad fines terræ fidem rectè tractat, credere, atq; consistere appetit) abijciat, et nullo eos uerbo dignos adiudicet. Hæc sunt missilia, & alia plura his, quibus integrascit odium, quæ sola dicti capituli occasione, Græci malè in Latinos missitant. Sensum quidem attendere iudicis uirtus est, oratoris autem uera dicere: ut ait Socrates: Frustra certe huiuscemodi tam multa, & nõ quibuslibet appellationibus iaculantur. Non sunt Latini ex Terebyntho seu quercu, nec de lapidibus exorti, sed ex hominibus, disciplinarum perìtiam aliquatenus habent, & sacræ scripturæ nequaquam expertes sunt: qui suum idioma, ut singulare habẽt, prout patet, illis qui eius habent experientiam. Ei ergo consuetudinis est, ut cum solius Patris uocabulum pronunciet, Filium cum Patre faciat intelligi. Interdum etiã sola CHRISTI nuncupatione, unaquaq; trium personarum intelligitur: quod monstrari ex pluribus potest. Enimuero solus intelligitur Pater, in his tamen prædicamentis, quæ incinunt paternum proprium. At uero emittere prædicamentum, haud solẽ incinit paternum proprium. Quare in emittere prædicamento non solus intelligitur Pater. Scriptum

ptum est: Erat lux uera: nec ideo falsa lux est Pater uel Spiritus: tres enim personæ, unum lumen existunt indifferenter, & indemutabiliter: quia nihil minorationis habet Filius ex eo quod dicit: Omnia quæ dedisti mihi: sicut nec Pater ex eo quod scriptum est, cum tradiderit Filius regnum Deo & Patri, quia non ei ut possessionem donando tribuit, sed ut Filio & hæredi uniuersorũ quæ Patris sunt, CHRISTO, scilicet, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia. Amplius de consumatione Saluator discipulos instruens dicit: De die illa & hora nullus scit, neq; angeli in cœlo, nisi Pater solus. Quis cogitet Filium exceptum esse, seu Spiritum ab illa cognitione? Propterea quidam illud Euangelij, sic distinguendum esse putant. Nullus hominum, sed neq; angeli sciunt diem & horam illam. Quod autem ex ordine sequitur, seorsum legendum, neq; Filius, nisi qui solus Pater cognoscit. Est autem & huius eiusdem capituli apud sanctum Epiphanium, in Libro qui uocatur ἀγκυρωτὸς & alia expositio, quæ talis est: Pater scit diẽ duobus modis, secundum naturã: Scit enim quando ueniet: & secundum actum, Iam enim iudicauit quando diffiniuit iudicare Filium: Dei uero Filius scit quando ueniet, & cum ipse facturus sit illam

lam, nõ ignorat, nondũ enim secundũ cognitionem peregit. Adhuc enim impij, impiè agunt: infideles infideliter: male credentes, blasphemant: diabolus operatur: peccata regnant, iniquitas obtinet: & iudicium patienter expectat, donec ueniat ipsum, cognoscere actu ad faciendã ultionẽ, & saluandũ illos, qui in ueritate superauerũt ipsum, nõ blasphemantes eiusdẽ Deitatẽ Patris & Filij, Sanctiq; spiritus. Ab angelis uero deficit duobus modis huiusmodi dignitas et gloria, secũdũ cognitionẽ, et secundũ actũ. Nõ enim sciũt quãdo uenient Pater, Filius sanctusq; Spiritus expromere diẽ illã, secundũ cognitionẽ actus. Nondũ enim iussi sunt exire ad colligere impios, ut zizania: et ligare per fasciculos ad cõburendum igne inextinguibili. Nondũ utiq; fecerũt neq; sciunt, Pater uero scit, regit. hoc enim est, nisi Pater solus: neque angeli, neq; Filius, tacẽdũ est multociẽs quod ex necessitate sequtur. Vbi enim Patris memoria et Filij nõ excluditur, excepto quod nõ generat ut sæpe dictũ est. Nã postquã resurrexit à mortuis, antequã ascẽderet in cœlũ, interrogabãt eũ Discipuli dicẽtes: Domine, si in tẽpore hoc restitues Regnum Israël? ait: Non est uestrum nosse tempora uel momenta quæ Pater posuit in sua potestate.

Ea perfectè & absq; diminutione qualibet Filij existunt. Omnia enim ipse fecit, & quomodo consequens temporum factorem tempora ignorare? Igitur sicut falsum est, Dominum non habere cõsumatissimam illorum temporum & illius diei scientiam: quod dixit: Nemo nouit nisi Pater solus: & quæ Pater posuit in sua potestate. Ita non est credendum Filium non emittere spiritum, quòd is dixerit qui à Patre procedit: & non adiecerit, à se Filio. Quòd si pro eo, quod ibi scriptum non est, manifestè Spiritum ex Filio procedere, neque dicere, neq; credere oportet, propter eandẽ caussam, neq; dicendum, neq; credendum erit, quod Spiritus apud Deũ erat. In principio erat, Deus ex Deo erat: lumen uerum, terræ cœliq; factor, & quod Deus trinitatis sit, tres quoq; personæ unus Deus, cum neq; hoc nomẽ persona, neq; hoc nomen Trinitas, sancti Symboli editio expressit. Amplius. Quicunq;, inquit, Apostolus in CHRISTO baptizati estis, CHRISTVM induistis: at nusquam sine Spiritu sanctificatio perficitur, sed in Filio Patrem, Spiritumq; significauit: & alibi: Nemo cognouit Patrem nisi Filius, aut cui uoluerit Filius reuelare. Quo in loco Spiritus non nominatur, & tamen intelligitur. Nam Spiritus

tus sanctus et Filiũ cognoscit et Patrem: apud Mathæum loquitur Saluator: Nolite, inquit, solliciti esse dicentes: Quid mãducabimus &c. Scit enim Pater uester cœlestis quod his omnibus indigetis. Et rursus: Si ergo uos cum sitis mali, scitis bona data dare Filijs uestris, quantò magis Pater uester qui est in cœlis, dabit bona petentibus se? ergo non dabit eadem filius bona, quæcunq; dat Pater & Filius? Et iterum: Non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri, qui loquitur in uobis. Nunquid dum Patris Spiritum esse profitetur, eundem Filij abnegat esse? sed scriptũ est: Spiritum filij sui misit: si ergo in memorato capitulo, scilicet, Spiritus qui à Patre procedit, intelligendum est solo, hoc intelligendum est solius, et solum, ut syllogistica necessitate inferri possit, Spiritum esse Patris solius, & non solius: & Filij solius, & non solius: quod quàm sit impossibile, minime fouet latebras. Igitur ubicunq; de Patre dicitur aliquid, nisi ad personalis distinctionem proprietatis, uocabulum Patris proferatur, ut est Pater dicitur, quia generat, quo in loco non subintelligitur cum eo generare Filius. Idem de Filio intelligi oportet: unde cũ dicitur: Qui à Patre procedit: qui non nominatur cum Patre, subintelligi-

ur necessario. Regula enim est quæ dicit: Si quod minus uidetur inesse, inerit & quod magis: ueluti futurum seculum Filius, ut scriptura perhibet, iudicabit, cuius iudicij primatus signanter ei attribuitur, ut dispensatori omnium conditorum, quæ ipse ab initio ex nihilo adesse produxit: ut duplicē iudicandorum scientiam possidenti, propter quod in regeneratione, resurrectione, ac reformatione ipsum iudicem æquissimum est sedere: legislatorem noui testamenti. At tamen quæ non nominantur personæ, subintelliguntur. Licet enim humanum fermentum ipse assumpserit, in quo passus et temptatus, possit temptatos iuuare, sine interpellatione uel exhortatione, non tamen absistente Patre uel Spiritu, nam quod Filio attribuitur, à Patre non abnegatur. Igitur frustra Græcus arguit dicentem ex Patre et Filio Spiritum procedere, pro eo solo quod scriptum sit: Qui à Patre procedit.

CAPVT XVI.

POSTREMO nequaquam conuenienter de uerbis Græci sarciunt calumniam: Quippe idem faciunt illi, qui detrahebant quartæ ac uniuersali Synodo quæ celebrata est, regnante Martiano, sexcentis & triginta sanctis patribus congrega-

congregatis Calchedone, aduersus Dioscorũ Antistitem Alexandriæ, ac Eutychem Archimandritam Cõstantinopoleos, qui ob incarnationem blasphemabant, & fugientes Nestorij diuisionẽ, duos Filios in ducentis, in aliud ex proposito malũ præcipitabantur. Nanq; duas naturas, Deitatem, scilicet & humanitatẽ post unitionẽ, in unam redactas fuisse naturam, impiè sentiebant: ut secundum hoc Deitati passiones congruerent, quos anathematizauit Synodus. Similiter aũt & Nestoriũ qui talia uociferabatur. Non peperit ô potissime Maria Deum, sed peperit hominem, instrumentũ Deitatis: sin autem hic sine crimine Græcus est, dum dijs Matrem attribuit, & in alijs stultiloquijs similia euomuit. Quas ob res, sancta Synodus rectè intelligens mysterium incarnationis, bene nobis tradidit unam hypostasim in duabus naturis inconfusè, inconuertibiliter, ac sine diuisione notificatam Eutychis insaniæ, atq; Nestorij repugnando, ut oportebat: utriusq; quorum æqualiter infirmat errorem, per huiusmodi uoces: & Nestorium impudenter diuidentem unũ CHRISTVM in Deum singulariter, & in hominem singulariter, confundit, dum unam personam, & eundem confitetur Deum & hominem, dominum

Calchedonẽsis Synodus sexcẽtum trigintapatrum.

nostrum IESVM CHRISTVM. Eutychen uero, unam naturam Deitatis & humanitatis cõfitentem confutat, dicendo duas naturas inconfusè atq; inconuertibiliter in una hypostasi unitas, conseruatis alterutrius naturæ proprietatibus. Quare autem accusatores ueritatis, hanc Synodũ reprehenderunt, euidens est ex eiusdem Synodi diffinitione, quæ dicit: Domnius noster & saluator CHRISTVS, fidei notitiam in discipulis confirmans, dixit: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: ut nullus à proximo dissideat in dogmatibus pietatis, sed æqualiter omnibus ueritatis illucescat prædicatio, & omnis mendacij à CHRISTI grege propellatur corruptio, quod quidem fecimus communi electione, amouentes erroris dogmata, dum nihil erroris habentem Patrũ fidem renouauimus, trecentorum decem & octo Symbolum, omnibus prædicantes, & ut proprios hoc pietatis pactum qui susceperunt patres descripsimus. Hi sunt qui post hæc in magna Constantinopoli conuenientes, centum quinquaginta sancti Patres, eandem fidem confignauerunt. Approbamus itaq; ordinem fidei, uniuersas figuras seruantes, & nos eius, quæ apud Ephesum quondam celebrata est sancta Synodus,

Synodus Constantinopolitana centũ quinquaginta Patrum.

Niceœnsis Synodus trecentorum & decẽ & octo Patrũ.

cui

cui præfuerunt sanctissimæ memoriæ Celestinus Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum Pontifices, præradiare, quidem rectæ & immaculatæ fidei editionem trecentorum decē & octo Sanctorum ac beatorum Patrum, qui apud Niceam sub pīssimæ memoriæ Constantino Imperatore cōgregati fuerunt. Obtinere autem & quæ à centum quinquaginta sanctis Patribus Constantinopoli sancita sunt, ad confutationem obortarū tūc temporis Hæreseon, & confirmationem Catholicæ nostræ fidei atq; Apostolicæ. Et hoc quidem quarta sacra Synodus, tertiæ, secūdæ atq; primæ fidei comprobans, quæ fides tradita est à sanctis Apostolis, & in Ecclesia Dei sancta, ut beatus Epiphanius meminit, si non scripto uersabatur. Arrij autem causſa, scripto manifestata est in Nicea urbe, ab omnibus sanctis Episcopis eo loci conuenientibus. Ego autem hic sanctæ quartæ Synodi actum, & quicquid ex ea hic exprimitur, ideo commemoraui, quoniam similis est horum reprehensio qui nunc, illorum qui tunc. Etenim reprehensio illorum calumniatorum circa dictionem adiectionemq; uersabatur quæ dicit: ἀπλανῆ Patrum renouauimus fidem: quod aduersarij non fida interpretatione aperiebant, hoc mo-

do: Renouata est fides, quæ antiquata prius fuerat, & quassata. At qui renouauit Synodus fidē, non secundum sensum, neq; secundum directionē aliquam, sed adiectione sola huiusce dictionum, patribus consentientes: addocemus perfectum eundem in Deitate, & perfectum eundem in humanitate, Deum uerè, & hominem uerè, consubstantialem Patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis, secundum humanitatem. Hæc est utique adiectio, quam sancta Calchedonēsis synodus ei quæ Constantinopoli Synodo celebrata fuerat fecit, quæ rursus Niceno addidit concilio, quod manifestū fit per fidei editionē Synodi utriusq;. Etenim trecentorum decem & octo Patrum editio, nec ea quæ dicta sunt nuper habet, nec quid Spiritus Dominus sit, & Deus, aut uiuificans, aut quod ex Patre procedat, cumq; illo, cumq; Filio, adoretur & conglorificetur, quoniam quæ Constantinopoli peracta est Synodus, hoc edidit. Non quasi defectum præcedentis aliquid supplentes illi Patres, sed de Spiritu sancto suum sensum aduersus Dioscorum eiusq; complices, eundem Spiritum creaturam esse dogmatizantes, & non Deum, scriptis testimonijs deprompserunt. Epistolā etiam maximè antiquioris Romæ sanctissimi Papæ Leo

pæ Leonis scriptam, sancto Archiepiscopo Constantinopoleos Flauiano, ad confutationem Eutychis uecordiæ, quasi magni Petri confessionem significantem, & communem quendam titulum existentem, contra malefacientes merito conseruerũt, ad rectorum dogmatum confirmationem. Itaque si Constantinopolitana Synodus, Niceno adiecit Symbolo, in Spiritum dominum, & uiuificantem, & ex Patre procedentem: si Calchedonẽsis Synodus quoq; Constantinopolitanæ addidit Synodo, perfectum in humanitate, perfectum in diuinitate, consubstantialem Patri secundum Deitatem, consubstantialem nobis secundum humanitatem: & alia quædam ubi dictum est, nulla insimulatione, nulla reprehensione, nullaq; calumnia notandus est antiquioris Romæ Antistes, quod caussa interpretationis dictionem unam, dico aũt ex Filio procedere Spiritum, sanctorumq; pluriũ Episcoporum, scientissimorum Cardinalium consensu habito apposuerit: licuit enim ei, semperq; licebit fratres confirmare, decreta edere, cudere interpretationes, si ubi aliqui obscurè scriptum sit, & de uoluntate scriptoris argumentari, indicio uoluntatis illius relicto facere, hoc persuadente. Is enim est, cui oues et agni cõmissi sunt, & idcirco

Antiquioris Romæ ob Constantinopolim dicta, quæ uocabatur Neorma.

circo non solum scripti recitator esse debet, uerũ interpres illorum quæ adscripta non sunt: ut caput ouiũ Dei pastor, quod sancta & uniuersalis secunda Synodus, his uerbis sanciuit: Episcopus quidem Constantinopoleos habeto primatũ honoris post Romæ Episcopũ: quod ipsa sit noua Roma. Iustinianus quoq; pijssimus Imperator, in sua νεάρᾳ talem legem promulgauit. Sancimus iuxta sacram Synodorum constitutiones, sanctissimum antiquioris Romæ Papã primum esse omnium sacerdotum: beatissimum uero Episcopum Constantinopoleos nouæ Romæ, secundum ordinem habere post apostolicum thronũ antiquioris Romæ. Et rursus idẽ Imperator Epiphanio sanctissimo antistiti Constantinopoleos in quadam epistola scribit inter catera: Hunc per omnia seruamus, statum concordiæ sanctissimarum Ecclesiarum, & circa sanctissimum Papam antiquioris Romæ Patriarcham, cui & horum similia scripsimus. Non enim sustinemus quippiam, quòd ad Ecclesiasticam spectet constitutionem, non illius referri beatitudini, ut capiti omnium existenti sanctorum Dei sacerdotum. Nimirum quotiens in istis partibus hæretici exorti sunt, consilio rectoq; iudicio illius uenerabilis sedis uenerunt in destructionem

ctionem: aſt quid Synodicam uel Imperatoriam ſanctionem in memoriam reduco: maius his teſtimonium habet Coryphei Petri ſucceſſor, CHRISTI, ſcilicet, ſaluatoris noſtri, qui ut ſolum Petrũ in tributi ſolutione ſibi exequauit, ita & eundẽ ſolum orbi præfecit uniuerſo: ut Theologus Ioannes perhibet: Cum igitur, inquit, cœnaſſent, dicit IESVS Symoni Petro: Symon Iona, diligis me plus his? dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te: dicit ei, Paſce oues meas: hunc locum Ioannes qui merito Chryſoſtomus nuncupatur, aperit interpretatione huiuſcemodi: Et quid utiq; prætereundo alios: cũ Petro diſputat de huiuſmodi, quia Petrus eſt præſtantiſsimus Apoſtolorum, os Diſcipulorum & princeps Chori: propterea & Paulus aſcendit Hieroſolymã, ipſum uidere præ aliis dicit ergo ei: Amas me, fratrum habeto curam: tertiò autem ipſum interrogat, præcipitq; tertiò eadem: oſtendens quanti honoris faciat regnum propriorũ ouium, & poſt pauca. Quod ſi quis dicat. Quomodo igitur Iacobus thronum accepit Hieroſolymis? illud utiq; dicam: Quia Petrũ orbis ordinauit Diduſcalum: & iterum: Cum itaq; magna ei dixerit, orbem commiſerit, prædixerit martyrium, & amorem teſtatus ſic ampliorem

alijs, dum Petrus Ioannē asciscere uult sibi sociū Domine inquit, hic autem quid? Veram CHRISTVS æqualem Petro consortem nullum associauit. Qua in re manifestum antiquioris Romæ præsulem potestatem à Petro accepisse, fidem renouandi ut uerbis Patrū utar, habendi curam, & regnum omnium sacerdotum: quin etiam omnīū Christianorū. Ergo qui resistit primæ sedis, imò totius orbis præsuli, CHRISTI dispositioni resistūt, & nisi resipiscant, contumaciæ iudicio plectētur. Propterea illud Euangelicū: Qui à Patre procedit: et salutare Symbolū, ut Calchedōis Synodus, Constantinopolitanam, & ea Nicenam interpretatus est, nullo modo quartæ Synodi decreto contradicens. Cuius tenor & institutio talis est: Constituit sacra & uniuersalis Synodus, aliam fidem non licere alicui conscribere, aut componere, aut sapere, aut docere aliter. Audentes autem componere fidem aliam, aut proferre, aut docere, aut tradere Symbolum aliud, uolentibus conuerti ad cognitionem ueritatis, ex Gentilitate, uel Iudaismo, seu ab Hæresi qualicunq;, hos si Episcopi quidem uel clerici sint, ab Episcopatu et clero alienos esse præcipit; Monachos autem, &

laicos

laicos anathematizat talia præsumentes. Quod si propter interpretationē prafati capituli enuntiantem ex Filio uerè Spiritum procedere, cum omni cautela sub sanctorum Patrum, Athanasij, Basilij, Gregorij, Augustini, Ambrosij, Hylarij, aliorumque plurium testimonio, aliam fidem conscripsisse, aut docuisse, Apostolica Ecclesia credenda est: simili ratione congregati sancti Patres Constantinopoli, aliud à Niceno Symbolum ediderunt, & Calchedone conuenientes, aliam fidem ab ea quæ Constantinopoli sancti Patres prodocuere. Quare palàm ut puto fit ex his nequaquam licere cuipiam omnium calumniari sanctissimam, & magnā omniumq; principem Romanam Ecclesiam, qua si aliam fidem conscripserit, aut composuerit, aut docuerit: Nam neque affert, neque prodocet, neque aliud tradit Symbolum. Si editum à sanctis Patribus interpretatur: non perpetiens fidem labefactari, apud quos semper effulsit: Qui licet primatum habeat, attamen humiliat se ipsam, respondendo, quod Calchedone celebrata Synodus, quondam se calumniantibus respondit: Iniustè, inquit, arguor dum non fidem, sed memoriam renouo: non apposui, non ademi,

salutari

salutari Symbolo si dictionem occultam manifestaui. Renouaui enim ut patres antedicti fidem, & apposui Nicenæ Constantinopolitanæ, atque Calcedonensi Synodis, sed nullo modo illis contraria: quia dum illorum Patrum uestigia persequor, solummodo quæ tunc quæsita non sunt, tempore post per interpretationem, & appositionē uerbi, quod non perspicuè ab omnibus intelligatur, enucleaui.

CAPVT XVII.

AEQVVM igitur est, ratum habere, quòd tanta Ecclesia decernit: quòd tantus Pontifex enuntiat, sine quo uiror calami omnis Ecclesiasticæ traditionis aresçit, ut memorandus inter sanctos beatus iunior Stephanus asserit: qui non modo ante Deum magni, uerum apud omnem Græcam multitudinē Apostolicæ prædicatur sanctitatis: hic magnus uir, cuidam Synodo subscribere inuitatus, huiusmodi uoces cum fiducia extulit: Quomodo qui sanctuaria prophanastis, sanctam cōstituistis Synodū? ô nephas. Quomodo utiq; uniuersalis uocetur Synodus, in qua Romanus Pontifex non complacuit? præter quē impossibile prorsus Ecclesiastica Canonicè stabiliri. Ei ergo uertices montium, & omnium turba fidelium

fidelium genua flectere debet, & pro bellicis increpationibus, iugum complecti subiectionis. Namq; Petri Coryphei, & successoris eius, gentium principatus, & regna gubernaculo subdūtur. Huius Ecclesia, de se splendorem emittit semper, & non tenebrescit: à qua exit lex & Iudicium, ad quam homines undiq; terrarum conueniunt, & meritò: Petrus enim hostiū fidei gentibus propter illam quæ apparuit ei, uasis uelut linteī uisionem aperuit, in quo erāt omnes bestiæ terræ, quadrupedia, repentia, simulachra nūcticoracum, & aliorum animalium non paucorum. Cui dictum est: Surge Petre, macta & manduca. Reclamante autem discipulo, & legalem obseruantiam formidante adhuc, Nequaquam Domine dicente: quoniam nunquam comedi omne commune & immundum: uox iterum ad eum ait: Quæ Deus purificauit, tu ne commune dixeris. Quibus ex rebus liquidò claret, quod Petrū eiusq; successorem principem CHRISTVS & caput, non modo Latinorum, Græcorum; occidentis, ac septentrionis uniuersi: uerum, Armeniorum, Arabū, Indorūq;, Madianitarumq;, Amalechitarum, & totius Orientis, & meridiani climatis, in perpetuum constituit. Ob quam rem occiduisolis, limites uniuersi,

si, Petri successorem ex tunc sibi dominũ recognoscunt, & sub illo Præsule diriguntur: quod omnẽ ab utero matris errantem facere oportunum est. Petrus enim magnus CHRISTI Apostolus, in omnibus ferè ciuitatibus Syriæ, Cappadociæ, Phrygiæ, Macedoniæ, Ellados, Epyri, Siciliæ, Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, ac extermitatum, ut Ecclesiastica historia perhibet, Episcopos ordinauit. Et enim Iacobus eius fauore Hierosolymorũ thronum tenuit, dein Euodiũ Antiochiæ: Tharsi: Vrbanum: Epaphroditum, Lyciæ: Figellũ, Ephesi: Smyrnæ, Appellem: apud Philippus, Olympam: Thessalonicæ, Iasonem: Silam Corinthi: Patras, Erodionã: Tauromenij, Maximũ, ordinauit. Amplius autẽ, Ancyræ, Niceæ, Nicomediæ, in Thraciæ partibus, atq; occidentalium regionũ similẽ operatus est ordinationem: & eadem factum iri suis successoribus commendauit. Quicunq; ergo naviculam Petri spernit, incautè nauigat, & nisi plũbeas moles peruicacitatis reiciat, influẽt maria. Indecens quippe ac inconsentaneum est, legẽ matris dissoluere: Audi, inquit, Salomon fili, sermones Patris tui, & ne abijcias legẽ matris tuæ, hoc est, illa pia & sancta mater, quæ non quomodolibet, sed CHRISTO procedente, instruen

te

te paracleto, atq; dictante Petro Spiritum ex Filio procedere asseuerat: contestificante hoc idem ei multitudine sanctorum. Nã plurimus in Theologia Hylarius, in sermone quæ de beata Trinitate edidit, ait sic: Pater plenus Deus in se ipso, filius plenus Deus ex Patre genitus: Spiritus uero sanctus, plenus Deus ex Patre & Filio procedẽs. Vir quoq; uenerabilis Ambrosius, qui cum didicisset apud Thessalonicam, perpetratam stragem multorum millium, aduenièti Mediolanum Imperatori, pro fõribus Ecclesiæ occurrit, accessumq; prohibuit, uocem extollens cum fiducia. Nescis ô Imperator patrati magnitudinem homicidij? Neque enim permittit ẽpij fõrsitan potentia magnitudinem peccati cognoscere, atq; à purpura seductus, ignoras uelati corporis imbecillitatem: sed scito uti corruptibilis, & fluxilis es, ita tua sciß̃ilis et labilis potentia, cuius post modicum rationem Regi Regum omnium redditurus es, & alia similia, Magnus iste Vir, Imperatori obiecit Theodosio. Qui retrò pedẽ cum lachrymis tulit, octo mensibus permanens gemebundus, post quod tempus multis supplicationibus absolui meruit ab Archiepiscopo. Hic uir spiritu Dei plenus, de eodem spiritu in libro quod de Trinitate composuit talia

pronũ

pronuntiat: Non tanquam ex loco mittitur Spiritus, neq; ex loco prodit, cum ex Filio procedit. Et idem in secundo Libro de Spiritu sancto ait: Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia: sicut Filius qui ex Patre, & Spiritus sanctus qui ex Patre Filioq; procedit: Ex potestate autem, sicut ex Deo omnia Magnus quoq; Augustinus, lucerna in Ecclesia perpetuo ardens, in quinto de Trinitate Sermone sic argumentatur: Si quod datur, principium habet, ipsum à quo datur. Non enim aliunde accepit illud quod ab ipso procedit, confidendum Patrẽ & Filium unum principium esse Spiritus sancti, & non duo: & iterum, Sicut Filio præstat essentiam sine initio temporis, sine mutabilitate naturæ, de Patre generato, ita Spiritui sancto præstat essentiam sine initio temporis, sine ulla demutabilitate naturæ, de utroq; processio. Hieronymus quoq; qui tãtæ sanctitatis extitit, ut ferina immanitas, iussis eius obtemperaret. Enimuero formidolosis cunctis Leo ingens, tempore multo Ecclesiæ cui præsidebat Bethleem, asinum cum multa diligentia & humanitate inducendo ad pascua, et reducẽdo ad presepe custodiuit. Hic uerè Sanctus Vir, hoc inter cætera de Trinitate scripsit: Spiritus qui

tus qui à Patre & Filio procedit, per omnia Pater & Filio coæqualis & coæternus existit: horũ igitur & aliorũ quàmplurium, ut superius prætaxatum est, fauorem & assensum habens dicta mater Ecclesia, sine dubitatione affirmat, quemadmodum ex Patre, Spiritum ex Filio procedere. Saluator quidem noster IESVS CHRISTVS, hoc mandat: Vt in ore duorum uel trium testium, stet omne uerbum. Hoc autem multitudinem testium habet, dicentium eadem & similiter de Spiritu sancto sentientium. Qui ut Ecclesiæ lucernaria digni apparuerũt illustratione Sancti spiritus, quo mente illuminati sunt à Deo, ut intelligibilibus oculis Patrem cum Filio, sanctoq; Spiritu in seipsis perspicerent inhabitantes. Manet quidem Deus Pater in obseruantibus Euangelij mandata, sed aliter manet in Filio. Nam in illo sicut is in Patre naturaliter est, in hominibus uero per gratiæ habitudinem. Quos autem Pater diligit & Filius, Sanctusq; spiritus. Quo fit, ut sancta Trinitas per gratiam in his, qui optimæ sunt conuersationis mansionem faciat & inhabitet, secundum quod capi potest, & susci pi à creatura. Cuius habitationis modum, quidam subaperire cupientes, tali utuntur comparatione: aiunt e-

nim, hoc esse sensibilem domum communi aëri, quod est diuinæ gratiæ rationalis anima, domũ quantò amplius uacuam suppellectile feceris, tantò hãbundantius in eam aër communis introit, & quantò ampliora immiseris, tantò plenius idẽ aër se subtrahit. Similiter anima rationalis inquantum à sua expoliatur suppellectile, in tantũ ad eam diuina gratia ingreditur. Suppellectilem domus, uasa, lectisternia, cæteraq; utensilium esse proloquuntur: animæ uero gloriam inanem, concupiscentiam oculorum, carnis uoluptatem, & his similia. Capacitatem cordis ad Deum, spei amplitudinem: angustiam uero, sollicitudinẽ corporis, planè Beati Viri quorum testimonio Ecclesia mater utitur, conscientias mundauerunt: innatam suppellectilem foras disiecerunt, & trinum Deum uenientem apud se, mansionem facturum totis uiribus complexi sunt. At qui ab origine mundi auditum non est, ut in quibus sancta & beata Trinitas per gratiam habitauerit, idem ipsi de sancta Trinitate malè atq; impiè persenserint. Ergo de necessitate consequitur syllogistica, uerũ esse de Spiritu sancto, ex Filio procedere hoc modo: Nulli Apostolicæ sanctitatis uiri, de superexcellentissima Spiritus sancti processione, falsam in

scriptis

criptis suis sententiam reliquerunt. At qui omnes quorum mater Ecclesia testimonio utitur, emanationis Spiritus sancti Apostolicæ sanctitatis uiri fuerunt, & quoniam ipsi Spiritum ex Filio procedere conscripserunt, ex ipso procedere non est in ancipiti.

CAPVT XVIII.

SEd forsan quis iterum post tot argumentationes, obicem negationis afferat, & per id quod in fine secundi Libri expressum est, nec quasi ex stipulatione solutum iri oportet: perhibet conclusionem confingendo Apostolicæ sanctitatis Virosdationem Spiritus, & missionem nuncupauisse processionem, quæ temporalis erat ad homines facta, quàm dum Græcus confitetur sempiternam processionem, secundum quàm existere ac esse habet de Patre Spiritus, à Filio prorsus abnegat. Erit ergo hoc una solutio, ut arbitror, ad omnia sufficiens: quæ instantiæ huius uidentur intellectum constituere. Licet Apostoli & Prophetæ in tempore à CHRISTO Spiritū acceperint, Dei tamen Filius, nō in tempore Spiritum habere cæpit, nec idem Spiritus à Filio exire, initi sumūpsit per tempus aliquod. Sanè à diebus æternitatis, sicut Filius à Patre generatur,

ita Spiritus sanctus ab utroq; exit: ab utroq; mitti tur æternaliter, et ab utroq;, ut ostensum est, uniuocè procedit. Nã apud tres personas nihil præterit, nihil futurum est, apud tres personas non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Hoc idem ante Iacobum, Timæus docuit & Aristoteles, Parmenidesq;: ante hos non apud Platonem tãtum, sed in suis conscriptionibus edidit, nihil esse apud Deum, neq; præteritum, neq; futurum: neq; enim horum alterum, hoc quidem non est, hoc uero nondum est, & hoc quidem demutatum est, hoc uero aptum demutari. Sanè hijs quæ uerè sunt nullo intellectu permutationem competere machinabile est, quia neq; secundum locum, neq; secundum alterationem, neq; secundum genus mouẽdi aliud. Necesse, inquit, quod indemutabile est, anteire prorsus id, quod aliquo modo demutatur: ut maneat quod demutabile est, alioquin non stabit, sed in infinitum curret. Ergo quæ circa Filium & Patrem est Spiritus missio, eiusdem abesse non potest. Quare falsitatis arguitur talis consequentia. Si Spiritus in tempore ad homines mitti cæpit uel donari, Filius Dei secundum se cum Patre mittere cæpit spiritum uel donare. Quantũ enim ad ipsos spectat, ante omnia secua

mittunt

mittunt & donant. Existentibus autem dono missioneue dignis incipere dicuntur mittere uel donare: nequaquam secundum se, sed quantum ad suscipientes. Igitur si mittere æternum, & missio, uersaq; uice: si missio æterna, & mittere. Atqui missio æterna est. Non enim ut in λιθοξόμων ratio turris fabricandæ fabricationem præcedit, & ab ea diuiditur. Ita in Filio & Patre ratio missionis Spiritus, missionem præuenit, & ab ipsa separatur. Nam si ratio missionis Spiritus sancti ab æterno in Filio est, et missio ipsius Spiritus cœpit esse in Filio ab aliquo tempore, prius, & posterius, adiectum & separabile habet Filius, & accidentium non effugit multiplicitatem. Nónne solcum illuminet domum, aliqua hodie incipit irradiare: præcioſi similiter ſplendent iugiter lapides ſtellæ quoq;, at tamen illarum in tenebris, harum uerò in luce minimè ſplendor rutilat. Non ex interceptione ſplendoris, ſed ex aſpitientium imbecillitate. Amplius, missio Spiritus sancti, & cognitio missionis simul sunt, in Patre & Filio, neutrũ enim horum duorum tempus præiudicat: at uero cognitio æterna est. Ergo & missio Spiritus sancti ab utroq; æterna est, & utercq; æqualiter & æternaliter causſa missionis Spiritus, ut liquet ex

anterioribus. Si utiq; causſa eſt, & Filius eſt aliqua causſa Spiritus ſancti: ſi neuter eſt causſa, miſſio Spiritus ſancti, nec causſam habet, nec principium: quod eſt ſolius Patris priuilegium in Trinitate. Quare forſitan non ſit inconueniens, ſi proceſſio Spiritus æternaliter de Patre ac Filio manãs, penes ſuſcipientes creaturas, miſſio, aduſitus donatio, & ſi quid aliud huuſmodi nuncupetur ſublimioribus, qui de ſemper diuino, inferioribus uero ſemper creato referendis. Nam idem Euangelium in CHRISTO doctrina, in Apoſtolis uero, nobisq; omnibus diſciplina cenſetur. Lux quoq; ſolis perennis eſt, quàm diu nobis oritur, diem uocamus, breue attribuentes ei temporis ſpacium. Deniq; Vir memorandæ ſanctitatis Hieronymus amicus ueritatis dictam ſouet ſolutionem per id quod de myſterio dominicæ incarnationis Paulam & Euſtochium uerbis inſtruit huuſcemodi. Conſtat tempus non præiudicaſſe ſacramentum uniti hominis Dei, ita ut iam eſſet in illo perfectitatem perſonæ ab initio ſeculi, qui necdũ erat natus de Maria uirgine, quod multis ſcripturarũ declaratur indicijs: unde dominus ad Iudæos: Antequam Abrahã fieret, ego ſum: fieret, humanitatis breuitas eſt: ego ſum, æternitas naturæ declaratur

ratur. In qua nimirum æternitate fuisse qui loquebatur per sacramentum suæ incarnationis, insinuat: unde Apostolus: IESVS ex Aegypto populum saluans: & iterũ: Neq; temptemus CHRISTVM: nõ quòd iã IESVS esset, aut CHRISTVS natus de Maria, sed quia in illo unico Filio Dei iam unitas personæ commendabatur, quæ occultè erat in ministerio: quia profectò quicquid Deus fecit: ab initio CHRISTVS fecit totũ, per unitatem sacramenti, quia semper cum eo, & in eius consilio fuit, ut sic fieret. Et nunc quando temporis uenit, factus est. quòd in CHRISTO semper fuit. Theologus quoq; Gregorius, in primo de Filio sermone talia proloquitur CHRISTVS Dei uirtus & Dei sapientia, splendor, figura, signaculum, qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ ipsius, & imago bonitatis, & hunc Deus signauit, qui est Dominus, Rex, Omnipotens. Pluit Dominus ignem à Domino: & uirga directionis, uirga regni tui: & qui est, et qui erat & qui uenturus est. Planà de Filio dicta sunt, & quæcunq; his eiusdem ueritatis existunt, quorum nihil est adiectum, neq; tempore post, Filio aduenienti aut Spiritui, sicut neq; Pater. Non enim ex adiectione quod perfectum, & iterũ: altiora qui-

dem refert Deitati et naturæ meliori paßionibus à corpore, humiliora uero composito pro te exinanito, incarnato, nihilo autem deterius dicere humanato: postmodum & exaltato. Et idem in secundo sermone: Dicatur accipere ipsum uitam, aut iudicium aut hæreditatem gentium, aut potestatem carnis, aut gloriã, aut discipulos aut quæ cũq; dicũtur: sed hæc humanitatis. Quod si Deo dederis nihil inconueniens. Non enim ut adiecta dabis, sed ut à principio consistentia, & ratione naturæ, non gratiæ. Magnus quoq; Basilius eadẽ confitetur, dum dicit: Carnem participasse Deitatis, & nihil omnino ei suæ impertisse infirmitatis. Ergo cũ dicit, Deus cæpit esse creator dominus, homo, ad res creatas referendũ est: sicut quando dicitur caritas, quæ Deus est proficit in homine, id est, homo proficit in ea. Eodẽ uero modo cũ dicit, Deus cæpit esse creator, intelligendum est. id est, creatura initium existentiæ habere cœpit, et seruus & humana caro cæpit uniri Deo, quando Verbum caro factum est. Nam si ad creatorem Dominũue referantur, creatura & Dominus, cũ relatiua simul sint natura, contradici non possit Deum aliquas sub temporis articulo accepisse habitudines, & sic aliquid accidens, quod diuina pa

gina

gina & Catholica fides non recipit, ad hunc sensum potest accedere quod dicit: Si cognouissent, nunquã Regẽ gloriæ crucifixissent. Deitati quæ est impossibilis passio reputatur, ut puta, si uestimentum alicuius sanguine aspersum sit, non pertingente corpus induti, asserentisq; se inquinatũ cruore. Reputatur ergo uestimenti macula, ei qui uestimentum induit, & se inquinatum fore astruit. Hoc modo Dei passus est in carne Filius, hoc modo creator, quæ creationis sunt admittit: Quod si unitas mysterij Dominicæ incarnationis in Filio principium temporis non habuit, multò minus credibile est, missionem Spiritis sancti, à Patre ac Filio in alterutro eorũ incepisse sub tempore. Nam infirma satis ratio cunctis uideri potest, ideo temporalem illam missionem fuisse, quod tellus, aqua, aër, ignis, cœlumq; ipsum cum omnibus quæ continet in tempore sunt, quia in loco ut corpora existunt. Omne enim corpus in loco est, & omne quod in loco est, aut totaliter aut particulariter per se, uel per aliud mouetur. In quibus cunq; uero motus, in ijs & tempus. Quietem ad motum relatam, tempus mensurat: & in tempore est. Aliquod enim proculdubio tẽpus extitit, quo amplius erat summere, in quo quiescens non moue

batur. Quiescens uero est quod aptum est moueri. Homo ergo & cætera talium esse dicitur in tempore, quoniam esse hominis, uidelicet, omnis annos uitæ ipsius tempus diffinit, & mensurat: quo in loco esse hominis, spatium existentiæ ipsius, nõ species ipsa nuncupatur, quæ forsitan tempori non subiacet. Ex quo patet, non esse syllogismũ, quod quidam facere conantur, hoc modo. Tempus est numerus, motus: at uero quæ alia sunt à motu, nõ sunt motus: ergo quæ alia sunt à motu, tempus nõ mẽtitur, quare nõ sunt in tẽpore. Ad quod dicẽ dũ, quod motus per se dicitur esse in tempore, ac à tẽpore mensurari sine medio. Ideo numerus illius principaliter dicitur tempus. Homo autem & quæcunq; talium per motum aut quietem quam habent, dicuntur esse in tempore. In tantum enim existunt, in quantum annos uitæ illorum, aut moræ tempus per suum fluxum & extensionem diffinit & mensurat. Pater uerò & Filius, & quicquid ex eorum personis profluit, simul sunt: qui non modo tempori, uerum omnibus creaturis esse attribuunt, quare non potest trahi ullo modo ad ueram consequentiam, missionem Spiritus tempori subiacere. Quod iterum per diffinitionem temporis ab Aristotele in Physicis assignatam, demonstratur

demonstratur: Ait ergo tempus esse numerum motus secũdum prius, & posterius: non hic uel illius motus, sed primi in eo quod motus. Ideoq; omniũ eorum quæ mouentur, unum tempus opinantur plures: non modo Spiritus, sed & numero. Quidam uero distinguendo dicunt: subiecto unum esse tempus, ratione uero plura. Cæterum, differentiæ motus, qui circa eiusdem speciem considerantur, ut alteratio: loci permutatio, & similia: non sunt temporis differentiæ, ut præteritum & futurum, eum Romæ, Constantinopoli, ac ubiq; terrarum qui sunt in eodẽ esse instanti nihil prohibeat. Planè non ut motarum rerum singularis potest esse motus, ita singulariũ, motuum singulare est tempus, sed omnium ut unius: quare non est putandũ tempus esse motum, quòd motus est mensura, ut manifestum est: partim ex eo, quòd plures motus simul sunt: præsens uero, ubiq; idẽ, partim quòd omnis motus in tempore est, nullum uero tempus interpretatur: nisi aliud in alio contineatur. Item motus alius est celer, alius est tardus, tempus uero non. Multum paruumq; tempus dicitur, celere uero, aut tardum minimè. Idem iudicium de numero habendum uidetur. Quippe numerus discreta quantitas est, tempus uero continua

tinua. Numeri quidem non est generatio, aut corruptio, tẽpus uero fit et corrumpitur. Deinde cu iuslibet numeri omnes partes esse necesse est. Nõ existentibus enim tribus unitatibus, ternarium esse non est possibile. Deniq; primus & secundus numerus simul sunt, tẽpus uero prius & posterius, nequaquam simul sunt. Ergo dicitur tempus numerus, ut quibusdam uisum est numerans quæ sub firmamento, & numeratus in firmamento. Quemadmodum utiq; mensuratum, mensuransq; dicitur metrum, ut modius ligneus, modiusq; frumenti: & aqua amphora, & lateritia. Ita & numerus ex unitatibus, & numerus in numeralibus numeratus, quare tẽpus dicitur numerus, id est, mensura: motus primæ speciei, secundum prius et posterius: quæ duo in magnitudine ac multitudine simul sunt. In tempore autẽ & motu, nisi prius interimatur non habet regionẽ posterius. Hoc quidem uidelicet, & posterius ex eo nominãtur: quod ab instãti disceditur. Nam prius uersus præteritum dicitur, quòd ab instanti distat amplius, posterius uero quòd præsenti uicinius attenditur uersus autem futurũ dicti conuersio, prius, quòd præsenti uicinius posterius, quod ante hac est remotius. Ea enim sequitur celerius, uti posterius

et

& tardius: Quod si Filius Dei tardius nihil assequutus est, neq; posterius: simili ratione neq; celerius, neq; prius. Sanè, nihil quòd ex aliqua trium personarum prodit, esse in tempore nanciscitur: Non enim sempiterna in tempore sunt, quorum esse tempus non continet quæ in tempore sunt, in mensura sunt. Quorum autem aliqua mensura est, & his mensura amplior est secundũ tempus: et passio eijsdem inest, quia nulla in tempore omni modo passionem, mutationemq; effugiunt. Itẽ quæ in tẽpore fiunt, eorũ tempus per successionem mensura est. At uero sempiterna cum simul sint, nullam productionem expectant temporis, quare supra tempus sunt. Nam si essent in tempore, esſent & in motu: nec simul subsistere putarentur. Aliquod futurum tempus aut per reuolutionem, aut per aliam aliquam caussam præstolantia. Non enim, quia in tempore cognoscimus nos, quæ supra tempus, & ante tempus existunt, ideo illa esse in tẽpore cõstituemus. Neq; si quòd multi temporis existit in tempore est, & quòd omni tempore existit: esse sub tempore pronunciabitur. Qua ex re, quæstio emersit hæc: utrum cœlum, cœlestiaq; corpora, sub tempore sint nẽcne?

Si

Si non est, inquiunt, cœlum sub tempore, non est numerus ipsius motus temporis. Rursus aiunt, Si in tempore est, sub tempore continetur, & amplius, aliquod ipso erit tempus. Hoc soluunt quidam asserentes ideo in tempore cœlum esse, quia cum semper alius & alius fiat motus ipsius, aliud atq; aliud futurum est tempus, sicut amplius tempus sumere contingit. Verum esse sub tempore dicuntur illa propriè, quæ sub tempore accipiunt existentiam, per fluxionem & extensionem: tamen enim eorum esse perdurat quantum tempus dilatatur, quod dum fit esse habet: quod nulli superiorum nedum Deo contigit. Itaq; manifestum ex his quæ dicta sunt, Filium Dei nequaquam in tempore mittere Spiritum, quanquam discipuli acceperint in tempore. Nam sicut ratio mißionis, ita & mißio, antequam discipulos irradiaret, erat: quæ ante omnia secula, & ante omnia tempora in Filio extitit. Si rationem mittendi à principio non habuisset, cum nihil adiectum, nihil in accipiendo, secundum quod Deus est poßideat, nullo modo Spiritum misisset. Quamobrem & habendo emittit, & emittendo semper spiritum habet Filius, qui est imago Patris non inanimata, non manu sculpta, non artificis opus, aut intelligentiæ

sed

sed imago uiuens, magis autem & ipsa uita est: nõ in figure similitudine, sed in ipsa substantia conseruans indemutabilitatem, hoc est, personæ magnitudo dignitatis unigeniti omnibus modis habere indemutabilitatem absq; interiectione. Si ergo Patre Spiritum emittente Filius non emittat, in emissione nõ habet indemutabilitatem: dum multis modis imago inueniatur excidens priuata, maximo bonorũ. Dein Cherubin imago Patris posse censeri uidebuntur, quorum quisq; inuisibilis & incorporeus existit, scientiæ habens plenitudinem, nisi exse habere Spiritum ac emittere, ab eis distinguat Patris imaginem. Quo fit ut solus unigenitus propriè ac indemutabiliter imago Patris existat, multo magis expressius, quàm Seth Adam. Nam hi quidem separabiles sunt, illi uero inseparabiles: hi differentes animas & uarias uoluntates possederũt, illi uero unam uirtutẽ, unãq; uoluntatẽ, & habent semper et habuere. Et Seth quidem circa exteriora imago Patris nominabatur, uerbum autem Dei, omnibus modis Patris imago existit: non coloris, non figuræ, nec talium cuipiam, hoc enim artificialium imaginum, et nõ naturalium, sed substantiæ, id est, personæ Patris faciens imagines sibi et deos omnes, qui ea parti

cipant. Hac de causſa imago Patris, & Pater non æquiuocè Deus dicitur: neq; imago Filij, & Filius: ſicut imago CHRISTI et CHRISTVS nuncupantur nõ uniuocè ſed æquiuocè: Patris aũt imago, et Pater Deus dicũtur uniuocè: unus enim Deus Pater, & imago eius, et idem Deus Filius, & imago eius Spiritus ſanctus. Quoniam una & eadem trium natura eſt. Itaq; Filius æquipollens ſignaculum eſt abſq; omni fallatia, character & imitamen effigiati Patris, indiminutum, quia non eſt imago Patris ſuperficietenus, ad CHRISTI ſimilitudinem imaginis, ſed interiorum atque omnium profundorum. Sapientia enim Dei, et uirtus in ſinu Patris ἐν κόλπῳ ἐστὶν id eſt, cõmanens uniuerſorum quæ Patris ſunt productrix extat, & enucleatrix: propterea unigenitus quidẽ Dei hæres Patris pleniſſimus eſt, omnia interiora eius inſigniens. Effigies enim naturam rei debet effigiari. Nec ad artificem aliter conformare pertinet, quod ad imaginem Socratis ſculpitur ſimulachrum: niſi enim caluum, ſimum, prominentiamq; oculorum oſtendat Socratis, nequaquam eius eſſe dicatur effigies. Da enim quanquam æquiuocè dicatur indemutabilitatem, tamen debet habere ſecundum ſuam illius proprietatem, & coæqualitas

æqualitatẽ ex quo esse trahit, & cuius est assimulatio. Amplius, si Filius non habet Spiritum, nec emittit ut Pater, priuatur sanctitudine quæ maxima est Filij hæreditatis, eam Spiritus sanctus solus in trũ enumeratione amplectitur, cum sic dicitur: Pater & Filius & Spiritus sanctus. Quare si sanctitudo à Patre procedit, à Filio uero minimè, neque quam æqualiter & indifferenter, ambo habent sanctitudinem, quod cogitare non est Catholicum. Plenitudo enim Filij Spiritus quemadmodũ scriptum est: De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia, nouam legem pro uetere, pro adoptione sermocinatiua & umbratili, rem ipsam & ueritatem ex Deo nati per lauacrum regenerationis, et renouationis Spiritus sancti, sine quo nemo uidebit Deum, à quo omnis sanctitudo emanat. Non enim uacat quod Filius esse dicitur & cõmanere in sinu Patris, Spiritus uerò non, quod quidem nomen non corpus fore significat, sed consortium unigeniti ad emissionem Spiritus innuit apertissimè ac manifestissimè, de Spiritu uero nihil tale scriptura protulit. Ideo dicitur & character substantiæ Filius, quanquam characterem nõ personam esse, sed personæ tantum hæreticus arbitretur: non animaduertens, quòd Fi-

lius uocetur, quod persona est, sicut splendor qui coæternaliter de Patre coruscat: magni quoq; consilij Angelus, admirabilis, consiliarius, & princeps pacis, ad personæ distinctionem enuntiatur & quod maiora seruis suis Prophetis monstrauerit, scientiam tribuendo latiorem & apertiorē Mosaica institutione. Multo impendio præcabatur Moyses, ut illius qui uerè est scientiam acciperet. Ostende, ad Deum dicens, mihi faciem tuam, ut sciam te. Non uidebit me, inquit, homo, & uiuet: Ecce locus est apud me, stabis supra petram, cumq; transibit gloria mea ponam te in foramine petræ, & protegam te dextera mea, donec transeam: tollamq; manum meā, & uidebis posteriora mea, faciem autem meam uidere non poteris. Iubetur Moyses stare supra petram, & per angustum foramen intueri: hoc mōstrante Deo, quod breuem lex scientiam Trinitatis habuit, cuius solummodo per foramen paruit illuminatio: foramē quippè ac manus protegens, nil aliud, quàm particularē & obscurā portendit legis cognitionē: tale est enim, quod per foramē oculis subijcitur: CHRISTI uero doctrina & prædicatio, grandiorem nobis scientiam ostendit, intelligentiæ oculum instruendo, contingere supra sensum quæ sunt, &

rationē

rationem: facies, gloria & splendor gloriæ, quæ Moyses uidere postulat, character sunt unius substantiæ Patris Verbum Dei unigenitũ, quòd absque igne, id est, anima & nube carnis, homo uidere non potuit: ideo audit, stabis supra petram: Petra autẽ erat CHRISTVS. Nihil in lege gloriosum habuit Moyses, nisi solam faciẽ. IESVS uero, in monte totus glorificatus est, & apparuerunt Moyses & Helias in gloria colloquentes cũ eo, ubi non solum uultus CHRISTI ut sol, sed & uestimenta ipsius uelut nix apparuerũt. Ibiq; completur illa promißio, quam accepit in monte Synai Moyses cui dictum est: Tollam manũ meã, & uidebis posteriora mea. Mittam Filium meũ quem uidebis, cum uenerit dierum plenitudo: faciem meam uidere non poteris, quia non uidebit me homo & uiuet. Non quod uidẽtibus causſam mortis uita fiat (uiuificum enim natura diuinum est) sed quia propria denotatio est naturæ diuinæ, omnem sensum transcendere, quæ cum sola uita sit, si omnem prætergreditur scientiam, quod ab homine comprehendere, uita non est. Quicunq; igitur aliquod eorum, quæ cognoscunt Deum esse, arbitratur, auersus à Deo uitam non habet. Non uidetur Deus ab anterioribus, quod interminabilis

sit & absq; principio. posteriora uero eius ille uidet, qui eum sequitur, qui dum procedit, se sequenti uiam ostendit. Posteriora ergo eius uisa sunt, quando in nouissimis diebus, carne recepta, De Spiritu sancto suo, sicut dicit per Prophetam, Super omnem carnem effudit. Hinc est quod nemo potest dicere, Dominum IESVM nisi in Spiritu sancto, & quomodo qui non dicit ex Filio esse spiritum, dicit Dominum IESVM in Spiritu sancto: maledicit & blasphemat IESVM qui hoc dogmatizat, tollens Filium de sinu Patris, & medium faciens inter generantem & genitū, qui humano intellectu transcendit processionem, primum enim oportet intelligi characterem substantiæ, deinde Spiritus emissionem. Nam sine charactere solus Filio intelligi Patrem non est possibilium. Etenim secundum quod Pater est Filium habet, secundum uerò quòd Pater, spiritum no emittit. Si ergo primum oportet intelligi Filium ut immediatum, & indemutabilem characterem Patris, secundum hunc ordinem ipse Spiritu prior est: unde imago Filij quidem Spiritus nūcupatur, Patris uerò minimè. Attendendum uero non idē imaginem & characterem ab Ecclesiæ doctoribus autumari alterum enim ab altero sic distinguunt.

gunt. Inquiunt, ergo arcam habere imaginem arcis Fabri lignarij: uidendo enim archā, scio quòd à fabro lignario facta sit. Nauē quoq; si uideam, confestim intelligo esse opus artificis illam construentis, quòd quidem opus imago & gloria illius artis existit. Nequaquam uero character personæ operatoris. Non enim figuram personæ artificis quæ humana est arca, siue nauis complectitur. Eodem quoq; modo dicunt, hominē, Dei qui plasmauit illum, gloriam esse ac imaginem, non characterem personæ conditoris, sed solummodo uoluntatis siue actionis indicium. Filium uerò solum characterem Patris esse, uerè credunt. Ipse enim dicit: Qui uidet me, uidet & Patrem: non ipsum Patrem, sed talem qualis est Pater. Est Filius perfecta figura Patris, par illi per omnia existens, perfecta autem figura substantiæ Patris omnia complectitur intrinsecus, quæ Patris sunt propria. Ergo & ipsam de Patre Spiritus emissionē non præterit. Ea certè si caret, non est completa substantiæ Patris figura Filius, quia est aliquid in Patre accipere quod ipse non habet. Amplius, si persona Patris suo charactere amplior est, non toto esse suo illum Pater genuit: & rursus: Si character personam excedit, secundum excessum sub-

sistentia caret. Itaq; non debet excedere Patris substantiam character, ne fortè per excessum non subsistens euanescat. Neq; rursus persona Patris, latior esse debet suo charactere, ne illud sine figura remaneat, quòd character non figurat. Amplius, Aut totam figurat Patris personam, filius aut non: si totam figurat, euidens quod emissionem Spiritus de Patre non dimittit infiguratã: sed est ex Filio ut ex Patre processio, & emissio. Si uero non totam insignit personam Patris character eius, non est æqualis ipse Patri suo, charactere ampliora complectenti: uidelicet, Sancti spiritus prosusionem, quod quidem præcipuum maximumq; est. Item si solius Patris esset Spiritum emittere, nequaquam Filius character eius indiminutus existeret: at uero par est Patri eius imago, ex qua uerè Sancti spiritus processio emanat. Qua ex re iam ueniendũ est ad curiosas perscrutationes Nicetæ præsulis Thessalonicensium, de processione Sancti spiritus, quæ approbatæ sententiæ non ritè consentiunt.

CAPVT XIX.

VOS, inquit, ô Latini, qui ex Patre & Filio creditis procedere Spiritum, si sic quidem dicitis, hunc procedere ex Filio, ut ex primo principio

principio: & non tanquam per Filium, sed ut ex Patre: duo prorsus facitis principia, & destruendo Filij generationem, contraria Damasceno dicitis: Athanasio, Cyrillo, cunctisq; alijs Patribus, atque nobis, quibus patres sanctos sequi gloriatio est. Si autē sic dicitis, ex Filio ut ex Patre per Filium, consonatis Damasceno Ioanni, Athanasio, Cyrillo, alijsq; Theophoris Patribus consentitis, & secundum gloriam processionis Spiritus, nobis eritis amici & consentientes: & post pauca: Tacete ergo & uos: adiectionem hanc dictionis: & noitte ulterius in Symbolo pronunciare, Qui ex Patre Filioq; procedit, sed secundum Patris nobiscum: Qui ex Patre procedit, & cum Patre Filioq; conglorificatur, dicite: Et rursus: Si igitur uos quod dicimus nos per Filium, ex Filio dicitis, nullam differentiam sensus aliam habentes, quàm dissimilium præpositionum prolationem, donate & nobis has syllabas, & plures syllabas, nos uobis mutuo donabimus: quæ demonstrent sub cōmonitione communem conuenientiam & conspirationem, ac interitus syllabarum scandalum dimouentium. Ego quidem dignum laude hunc Virum adiudicarem, nisi quia dum spectо in ore fortis Sampson, ex ore disputantis cibum,

& ex forti dulcedine, eurcubita utiq; prorupisset, cuius admodum amaræ sunt extremitates. Excessit nimium suum ordinem hic Antistes, & dum imitabilis uestigij uenerabilem matrem instruit, procul deuiauit aberrando. Tacete, obiectionem hanc edictionis proferre ausus: & nolite ulterius ex Filio in Symbolo pronũciare. Vnde tibi ô Episcope imperiose, uocis continuata fiducia? Nõ habent nerui congruentiam aut Harmonicum melos, quæ imperas & exhortaris. Quod CHRISTVS perdocuit, ut manifestum est ex his quæ superius disceptata sunt, prædicauerunt Apostoli, sancti Patres tenendo confirmauerunt, & confirmando tradiderunt cupientibus ad fidem uenire, taciturnitati committere atq; silentio, cum arrogantia iactantiaq; persuades impudenter. Iniquitatem meditatus es in cubilibus tuis, quod nõ equi libri sermonem tuum lance trutinasti. Nulla quippe syllogistica necessitas, nulla maiorum natu sanctio, nullius decreti nexio dissona, talia te compulit uociferari. Abundantioribus enim opulentæ tuæ conquisitiones fallatijs redundant, quam imitantur cuipiam fulcimento ueri similis alicuius adumbrationis. Eademq; uero allegatione, quæuis concinnet syllogismos. Vos igitur ô Græci, qui ex

Patre

Patre & Filio dicitis mundum prouenire, si dicitis quidē sic prouenire ex Filio, ut ex primo principio, & non ut per Filium, sed sicut ex Patre, duo prorsus facitis principia: et rursus: Si Patrem Filiumq; asseritis mittere Spiritum, ut sic uidelicet à Filio mittatur, tanquam à prima causa, duas prorsus facitis causas missionis Spiritus sancti. Verū quia hoc in primo Libro plenius discussum est, non uidetur iterandum iam nunc. At tamen quod nullo modo tacendū, sine trepidatione cōfitendū est: primū principiū et secundū principiū in Trinitate esse, nō deberi recipi aut credi: quoniā licet Pater sine principio sit, et Filius de principio secundū eundē tamē sensum ac eodē modo conditor mundi censetur alteruter & principium, & una quoq; caussa missionis Spiritus sancti. At uero quare duo dicantur sæpius pronunciatū est. Quemadmodum utiq; corporis dimēsiones, non eo quod diuisæ aut dispersæ sint, tres dicuntur, sed quod unaquæq; propriā rationē habeat, sic Pater & Filius non duo dicuntur in substantia, uerum quod unusquisq; rationem habent singularem secūdum quas hypostases duæ, id est, personæ subintelliguntur: & sicut profunditas quæ corpori attribuitur, à longitudine ac latitudine

quòd sit profunditas accipit, nec aliter intellectus esse profunditatem admittit, nisi æqualiter ab alterutra proueniat: ita Paracletus à Patre habet et à Filio quod utriusq; Spiritus sit. Nec aliter sanè est intelligi, nisi existentiam ex utroq; accipere credatur æqualiter. Quare nullo modo sequitur duo principia uel duas causas esse Spiritus sancti eo quòd ex Patre procedat & Filio.

CAPVT XX.

IGITVR quoniã huius positionis nodus solutus est, consequẽter de præpositione PER est respondendum: Per igitur præpositio, ad nomen Filij posita ut dictum est: aut remissionis, aut intensionis aut æqualitatis est Præpositioni EX. At uero remissionis aut intẽsionis esse sic posita, non est possibile. Nihil enim minus, nec aliquid magis persona Patris Filius habet, ut ostensum est, per omnia nactus indemutabilitatem. Restat ergo ut æqualitatis sit, Per Præpositio, Præpositioni Ex, ad Filium copulata. Quare per Filium procedere, non tollit esse Spiritum ex Filio: non est remissionis Per Præpositio, uti Paulus demõstrat Ipsam Patri ut Filio attribuens: Fidelis, inquit, Deus, per quem uocati estis in communitatem Filij eius

lij eius Dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Quo in loco præpositio, Per, nomini paterno apponitur: pater uocauit nos, quia non ex nobis nos, aut ex proprijs operibus ad eum accessimus: & iterum similem seruat sensus tenorẽ, ubi dicit: Paulus per uoluntatem Dei: qui uolens ipsum Apostolum constituit. In quo apparet eos qui distinguere conantur per Filium, ab eo quod ex Filio, ne absq; principio & unigenitum uerbũ Dei subintelligatur, quòd Per, Præpositionis non modo ad Filij & Spiritus, sed ad nomen ingeniti coarguat appositio. Et rursus Hebræis scribens, Ad Patrem, Per, præpositionem apponit inquiens: Decebat eum propter quem omnia, & per quem omnia: Et post modicum: Ex per inferendo Ex, subiungit. Nam qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes. Quo in loco diligenter intuendũ, Per Præpositionẽ, in Ex: nõ ex, in Per Apostolũ resoluisse. Præsul uero Thessalonicẽsiũ Nicetas sententiam & dictionẽ Apostoli Latinos derelinquere admonet: hortãdo eos, Ex præpositionẽ in Per trãsferre: in illo in quo ea utũtur loco, dicẽtes ex Filio: qui dũ à Filio aufert Ex, à Patre adimit Per: quasi, Ex, nunquã Filio, neq; Per Patri, associãda sit: sed Ex solum do Patri, et Per

tani

tantũ Filio, in personarũ distinctionibus sit præ-
Per patrẽ sunt omnia, id est, Filius, & spiritus et creatura
ponẽda. Ergo per Patrẽ sunt omnia, id est, Pater est causa Filij & Spiritus: et creaturarũ omniũ. Nã et qui sanctificat, id est, Filius de substãtia Patris est, per generationem & Spiritus de eodem Patre per processionem emanat, & qui sanctificantur, id est, homines: & quælibet creatura ex Patre per creationem existunt. Dum itaq; per Patrem sit Filius, et per Patrẽ sit Spiritus sanctus, ut uas electionis perhibet: per Patrẽ generatur Filius, & per Patrẽ procedit Spiritus. Enimuero nihil aliud uerius dici potest, per Patrem esse Filiũ, quàm ex Patre generari, & per Patrem esse Spiritum: quàm ex Patre procedere. At uero Græcus confitetur & Latinus Spiritum sanctum per Filium procedere. Reliquum est ergo, secundum autoritatem Apostoli & interpretationem, cum æquè per Patrem & per Filium spiritus existere habeat, Per, præpositionẽ utriusq; præposita nominibus, eandem seruante significationem confiteri simpliciter et absolutè, Spiritum ex Filio ut ex Patre procedere. Amplius: apud Græcos præpositio, Ἀπὸ quæ, Per, interdum significat apud Latinos cum Genitiuo constructa, ut Grammatici perhibent, aut actionem, aut opitulationem, aut medi-

um si-

um significat: actionem: ueluti per Apostolos fiebant signa, hoc est, Apostoli signa faciebant, opitulationem uerò significat: ut, Per te ditatus sum: hoc est tua opitulatione, atq; adiutorio. Medium autem significat: quando medium loci alicuius, uel temporis ostendit: ueluti, Per forum transiui: uelificaui per mare: per diem medium apud amicũ detentus sum. Itaq; cum dicitur Per Filium Spiritus procedere, aut quasi actionem, aut quasi opitulationem, aut quasi medium significat, Per. Atqui si medium significaret, non communicaret Spiritui Filius, & non modo remissionis esset præpositio, sed alienationis omnimodè. Nec aliam inter se haberent habitudinem Filius & Spiritus, quam habet aqua, canalis q; : ostiũ ferraq; : locus, & quod est in loco. Quare aut quasi actionem, aut quasi opitulationem significat: coëmissorem, opitulatoremq; suo modo ad emittendum Spiritum, Patri Filiũ innuendo. Ideoq; in irritum cedit transmutatio, Ex, In, Per, nimis approbata, celebrataq; nimis: quæ ingenito & unigenito præposita eandẽ seruat intentionis significationem, ut ex anterioribus manifestum est, & ex his quæ consequuntur. Scribit enim Apostolus ad Galathas uerbis huiuscemodi: Paulus Apostolus non ab hominibus

bus, neq; per hominẽ, sed per IESVM CHRISTVM & Deum Patrem. hoc est ex IESV CHRISTO, & Deo Patre, qui effecerunt, ut non ulterius Legi, sed CHRISTO ipse innitetur. Et iterum non ab homine accepi, sed per reuelationem IESV CHRISTI. Prostremo paracleti appellatio, Per, præpositionem admittit apud Apostolum dicentem: Vt det nobis, secundũ diuitias gloriæ suæ, uirtutem coroborari per Spiritũ: in interiori homine, spiritus est qui fortitudinẽ præstat. Ideo apud Esaiam: Spiritus fortitudinis scribitur: per quem, & à qui sermo datur sapientiæ. Quia in re falluntur Hæretici atq; quicunque alij per præpositionem attribuunt Filio, ut remissionem significantem. Quia ex prælibatis intelligi potest, sine fallatia quod secundum eundem sensum Filio & Patri apponatur Per, præpositio, ut actionem significans aliquando: aliquando ut opitulationem. Nusquam enim remissionem significãs, inuenitur: quãdo iudicabit Deus occulta hominũ per IESVM CHRISTVM. Is enim est sensus, quod CHRISTVS redditurus sit singulis secundum opera sua. Nam Pater non iudicabit quanquam, qui omne iudiciũ dedit Filio: à quo iustificati sumus, cũ peccatores essemus, & existẽtes longè

tes longè, adducti cooperãdo, ad cõseruandos nos in iustitia: qui propter caritatẽ mortẽ subijt et per mortẽ iustificauit, per quem adesse sicut omnia uenimus, qui indifferenter dicitur Deus, et dominus Deus ueluti ex quibus CHRISTVS secundũ carnẽ, qui est super omnia Deus, dominus: ut: Dixit Dominus Domino meo, hũc dominũ Pater cõstituit, hæredẽ uniuersorũ, per quẽ fecit et secula. Quod qualiter intelligi debeat, Propheta testatur dicẽs: Et tu in principio Domine terrã fundasti, et opera manuũ tuarũ sunt cœli. Hoc idem & Theologus Ioannes, alijs uerbis affirmat dicens: Omnia per ipsum facta sunt: nõ tanquã per instrumentũ, ut Arriani oblatrãt dicẽtes per Filiũ facta esse omnia, non ipso existente factore, sed organo mẽtientes. Quuia per ipsum facta sunt, qui factor et cõditor est omniũ uisibiliũ, et inuisibiliũ. Quod si positio Nicetæ præsulis uera est, quæ ꝓfitetur per Filiũ Spiritum procedere nõ emittente Filio, nec talis emißionis existente cõsorte, negari non poßit, quin Spiritum ut per instrumentum procedat: tali complexione Pater per Filium, aut coẽmittentẽ sibi, aut non coëmittentem Spiritũ emittit. Si coëmittit Spiritũ Patri Filius, emittit ipse Spiritũ ut Pater: exterminãdis minus et magis.

Si non coëmittit, inefficax existens, restat instrumentum Patris Filium esse, quòd impius Arrius euomebat, ad instar nauis, quæ mouetur per gubernaculum. In quo quidem gubernaculo, non est principium motus nauis & caussa. Solus enim gubernator in naui existens, per organum ipsam, clauum scilicet, mouet extrin ecus. Quicunque igitur solum Patrem esse principium, ineffabilis processionis Filium excludendo asserit, extra Patrem Filium collocat, de sinu ingeniti, unigenitū euellendo instrumentum constituit eundem, quoquid nefarius? Ergo per Filium procedens Spiritus, absq; dubitatione aliqua procedit ex Filio. Nam sicut uerum est dicere, per Filium omnia facta sunt, & Filius omnia fecit, eodem modo uera est, quæ dicit oratio: Spiritus per Filium procedit, & ex Filio procedit: quod multis modis argumentorum & exemplorum, quæ numerum pènè transgreditur, copia perdocuit: procedit ex Filio Spiritus Filij, qui constituit Apostolos & Prophetas, in Ecclesia, in quibus posuit Spiritum sanctū: ut Corypheus Petrus in Prima Epistola dicendo asserit: De nostra salute exquisierūt, atq; scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in uobis gratia prophetauerunt scrutantes, quod uel quale tempus significaret

gnificaret, qui in eis Spiritus CHRISTI pronuncians eas quæ in CHRISTO sunt passiones, & posteriores glorias: Nam per Esaiam dixit: Sicut ouis ad occisionem ductus est: per Hieremiam uerò: Venite, mittamus lignum in panem eius. Resurrectionē per Oseæ significauit: Viuificabit nos post duos dies, et die tertia resurgemus in conspectu eius. Deum CHRISTI esse Spiritum Euangelista Marcus innuit: Erant, inquit quidam scribarum ibi sedentes & cogitantes in cordibus suis, Quid hic sit loquitur? blasphemat. Quos statim cum cognouisset IESVS in spiritu suo, quia sic cogitarēt intra se, dixit illis: Quid ista? &c. Accusabant IESVM quod peccata dimitteret, solius enim Dei peccata dimittere. IESVS uero spiritu suo, qui scrutatur profunda Dei, cognoscens cogitationes illorum, signum dat illis se Deum esse, ex eo quod illorum corda rimabatur. Solus enim Deus quæ sunt in corde cuiusq; cognoscit. Ergo Pater quanquam sit Deus & non de Deo, & Filius sit Deus de Deo, non tamen est de Patre Filius, ut de primo Deo, neq; ut de primo principio, sed neq; Spiritus sanctus est de Patre ut de primo principio, quia neq; ut de

primo Deo, multominus est de Filio: ut de primo Deo: uel primo principio. Quemadmodum utiq; non dicitur in Trinitate primus Deus, quia secundus non est, propter eandem rationem, non est dicendum: primum in Trinitate principium, quia secundum ipsa non habet. His itaq; sic demõstratis, reliquum est ostendere, quòd longè prospicit à ueritate hic idem Antistes: dum Latinos asserit magno Cyrillo, & magno Athanasio, aliisq; sanctis Patribus contraria de processione Sancti spiritus sentire. Etenim magnus Cyrillus, & multus in diuinis scripturis Athanasius, cæteriq; Patres pleni Deo, nequaquam illi assensum præstãt, qui suis in contractibus, id quod Latini credunt, & confitentur, publicè scriptum reliquerunt.

CAPVT XXI.

MAGNVS itaq; Cyrillus, in primo sermone, qui est: λατρεία in spiritu et ueritate, Latinis testimonium perhibet dicens: Qui secundum naturam uita Deus est, putásne, quod anima hominis diuinus factus sit Spiritus? & quomodo non inconueniens, ualde sit intellectus huiusmodi? Nam immutabilis & ipsa prorsus permansisset

sisset anima, nunc quidem mutabilis est: Spiritus uero nullo modo mutabilis. Quod si mutabile esse infirmitatis est, in ipsam macula diuinam redundet naturam, cum sit Dei Patris, & utiq; Filij, qui substãtialiter ex ambobus profunditur Spiritus. Et idem in commentario Ioël Prophetæ: ac illo capitulo: Effundam de Spiritu meo: & prophetabunt Filij uestri, talia depromit: Remorata quidẽ fuerat de supernis data gratia, sed in CHRISTO renouata est, qui est secundus Adam. Quomodo autem renouata? In eo enim, quod Deus est. & Dei secundum naturam Filius: Ex Deo enim & Patre natus est, proprius eius, et in ipso & ex ipso Spiritus est. Quemadmodum utiq; in ipso intelligitur Deo & Patre. In eo uero, quod homo factus est, & simul nobis apparuit, aduenientem habere Spiritum dicitur: descendit enim super eũ in specie columbæ Spiritus sanctus: quando ut nos factus, sicut dixi. Tanquam unus nostrum dispensatiuè baptizatus est, & post pauca, idem Sanctus: Oportebat igitur inter filios Dei cõnumeratos Sancti spiritus gratia ditari, hoc uero CHRISTVS ad effectũ perduxit, ut sacer Petrus asseuerat dicens: Dextera igitur Patris exaltatus,

promißionem Spiritus ſancti accipiens, à Patre effudit hoc quod uos uidetis, & auditis: accipit quidem ut homo à patre quod ineſt ei naturaliter: effundit autem abundanter ſuper nos, quia Deus ſecundum naturam eſt. Et hoc quidem Sanctus. At uero ubi permanet intellectus idem, & ſubſtantiæ ratio eadem. Vbi uero ſubſtantiæ ratio eadem, æquiuocatio excluditur. Quare patet & ſecundum magni Viri huius intelligentiam, Spiritum ex Patre, & Filio eſſe, uniuocè dici. Magnus quoq; Athanaſius in confeßione ſuæ fidei, planè proceßionem ex Filio eſſe aſtruit: ait enim: Spiritus ex Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Excellentiſsimus quoq; doctor Eccleſiæ magnus inter ſanctos Papa Gregorius ad Petrũ Diaconum de Sancti ſpiritus proceſſione in capitulo quodam, cuius non eſt fidelis apud Græcos interpretatio, talia loquitur: Ipſa inquit ueritas, ut fidem Diſcipulis augeret, dixit: Si non abiero, Paracletus non ueniet ad uos. Cum enim conſtet quia Paracletus Spiritus ex Patre ſemper procedat & Filio, cur ſe Filium receſſurum dicit, ut ille inueniat, qui à Filio nunquam recedit? Sanctus quoq; archiepiſcopus Cypri Epi

phanius

phanius in libro, quem titulus ἀγκύρωτον nominat, eo quod sit ancora fidei, de Orthodoxa fide talia memorat. Beatus, inquit, Petrus, ad Ananiam dixit: Cur temptauit cor tuum Satanas, mentiri te Spiritui sancto? Non es mẽtius hominibus sed Deo. Igitur Deus est, inquit, ex Patre et Filio Spiritus, cui mẽtiti sunt, qui de præcio fraudauerũt: & rursum Spiritus enim deus est, & Spiritus patris, & spiritus CHRISTI, non secundum aliquam compositionem, quemadmodum in nobis anima & corpus, sed in medio Patris & Filij, ex Patre & Filio: & rursum. Vita totus Deus, ergo uita ex uita Filius. Ego enim sum ueritas & uita. Sanctus uero Spiritus ab ambobus, Spiritus ex Spiritu, nam spiritus est Deus, & infra: Nũquid dicimus duos esse Filios? & quomodo unigenitus? imò tu quis es, qui respondeas Deo? si Filium quidem uocat ex se, sanctum uero Spiritũ ex ambobus? & rursus: Spiritus sanctus, spiritus ueritatis est, lumen tertium à Patre & Filio. Solus uero Damascenus Ioannes dissidere à magno Cyrillo, alijsq; sanctis Patribus uidetur: si tamen ita scribit. Spiritum ex Patre dicimus, & spiritum Patris nominamus. Ex Filio autem Spiritum non

dicimus, Spiritum uero Filij nominamus. Verum tamen & scriptura sic se habente, non discordat hic sanctus à Latina ueritate: hoc ad consuetudinẽ ecclesiæ Græcorum referendo, quæ non esse Spiritum ex Filio confitetur usq; in hodiernũ. Quippè si Spiritum Patris & Filij nominamus, ut sanctus iste Vir, cum Apostolo asseuerat: aut æqualiter & similiter confitendum est Spiritũ esse utriusq;, aut inæqualiter, & dissimiliter, & inæqualiter Spiritus est Patris & Filij, & magis est unius, & minus est alterius: & erit infinitus secundum magis respectu Patris, & finitus secundum minus respectu Filij. Omne enim quod continetur, & exceditur ab aliquo, secundũ quod continetur & exceditur, terminatur. Quare terminũ habebit intensionis, dum habeat remissionis principium. Porrò si quid apud nos perfectum est natura, moribus, & ratione, magis & minus reprobat, quid utiq; apud diuinas personas omni perfectione præditas intelligendum sit? Nam quod omni parte perfectum est, stabile est, atq; indilatabile. Quòd uerò magis & minus suscipit, defectum perpetitur, participationem habens, motum, adiectionem, & imperfectionem: at uero trium personarum

narum ratio, in eodem semper termino consistit.

CAPVT XXII.

AMPLIVS. Remissio cuiusq; fit ex impotentia, impotentia uerò contra naturã est, sed in primis ut simplicibus & immixtis: & in propria existentibus regione, non est aliquid contra naturam. Quare neq; remissio, neq; intensio. Ergo Spiritus qui omnium mensura & terminus est, quod mundus capere non potest, quo intendatur, aut à quo per remissionem terminum intensionis accipiat? Quare cum Patris nominetur Spiritus, atq; Filij, non magis est Patris & minus Filij, qui utriusq; prius æqualiter, inseparabiliter, & naturaliter exístit, & secundũ eandem rationem. Quæcunque enim res duorum est æqualiter & secundum naturam, aut est proprium eorundem, aut quasi proprium. Et attendendum, quod proprium duobus modis dicitur, per se, ac secundum aliud, ut Philosophus perhibet: per se, hominis est proprium animal mansuetũ natura, quod aliorum separatiuum est omnium. Ad aliud uero proprium est, ut bipes, equi respectu proprium est hominis, & imperare, corporis respectu ani-

mæ proprium, sicut seruire: corporis proprium ad animam relati. Huiusmodi uero proprium, nõ ab omnibus separat, uerũ ab aliquo. Secundũ uerò hãc significationem, dicitur Spiritus Filij proprius, aut quasi proprius. Non enim separat Filium à Patre, sed à creatura uniuersaliter Filium distinguit, & Patrem. Quibus ex rebus necessitas profluit huiuscemodi. Omne secundum naturam proprium, aut quasi proprium, æqualiter ab his communicatur, quorum est proprium, aut quasi proprium: Sanctus uero Spiritus, secundum naturam Patris & Filij proprius est, aut quasi propius: Deinde Spiritus sanctus existens, quod Pater & quod Filius, æqualiter et naturaliter est Patris atque Filij: Quicquid uero æqualiter & naturaliter Patris est & Filij, secundum eandem rationem, eandemq; considerationem ambobus conuenit. Quare Spiritus sanctus existens, quod Pater et quod Filius, secundum eandem rationem eandemq; considerationem ambobus conuenit. Huic iterum conclusioni accidit fides, quod in talibus locum non reperit contradictio. Sanè cum absq; fallatia dicatur, Spiritus sanctus Patris est & Filij, huius abdicatur contradictoria penitus,

ut

ut plena falsitatis, quæ est Spiritus sanctus, nõ est Patris & Filij: quod in æquiuocis reperitur frequentissimum. Amplius. Spiritus sanctus existens & quod Pater & quod Filius, æternaliter, similiter, æqualiter, & secundum naturam Patris est atque Filij: Quicquid uero æternaliter, similiter, ac æqualiter & secundũ naturã duorum existit, quia nõ magis accedit ad unũ quàm ad alterũ, nõ magis ex uno habet esse quàm ex altero. Nã si ex altero quidem existentiam trahat: ex altero autẽ minimè, dissimilitudo manifesta est, æqualitas, & æquilibritas, non utramq; personam amplectitur: & lex eorum, quæ naturam sequuntur imparitatis nescia, terminos suos derelinquit. Itaq; Spiritus sanctus existens quod Pater, & quod Filius, quia non magis accedit ad Patrem, quàm ad Filium, non magis habet esse de Patre quàm de Filio. Ex his ergo ratiocinationibus, Viri nuper memorati, manifestè ut superius est expositа intensio panditur, & quod ab eodem magni Sabbathi editus sermo, uiolentiam, corruptionemq; per intestabilem nefariamq; mutationem patiatur. Quippe ubi principaliter de Trinitate, trium reminiscendo personarum proprietates disseruit, nihil

talium peperit. Verba tantum, quæ superius leguntur, ad posteros transmittendo: non secundũ se, sed secundum consuetudinem Orientalis Ecclesiæ. Sed neq; Orthodoxæ fidei quispiam ante illũ simile chartis inarauerat. In prafato autem sermone, contra fas, contraq; maiorum traditionem, Spiritum ex Filio existentiam non habere, à quibusdam mendacij magis perquirentibus solatium, quàm semitas inuestigantibus ueritatis, insertum est. Quod sic esse, ipsa uerborum series, styli alteritas, & quæ nihil ad rem pertinet erronea clausulæ insertio, magis autem quod apud Sanctorũ aliquod nusquam scriptum reperitur, aptissimè declarat. Profectò si solus Pater emittit Spiritum Filij, non communicat emissioni Filius. Quippe si communicat Filius, non solus Pater Filij spiritum emittit, communicante illi uerbo suo, & erroris minimè arguendi sunt, qui hoc dogmatizant. Sin autem ut Græci dicunt, ex solo Patre Spiritus procedit, solus Pater Spiritum Filij emittit, Filio non communicante, quam consequentiam obliquæ ambages connectunt, ueridici deserunt timnitus, & eiusdem Spiritus concutit proflatio. Consequitur enim prophanum quiddam, & abo-

minabile

minabile, Patrem uidelicet, emittere Spiritum nõ communicante Patris uirtute ac sapientia: Dei enim Patris uirtus & sapientia CHRISTVS est, ut Apostolus perhibet. Quare impotens secundum hoc & fatua erit emissio Spiritus, & causa et principium irrationale. Ipse etiã spiritus Patris & Filij existens, adueniens erit Filio, nisi ex ipso, ut ex Patre proueniat. Sed enim si circũscripta uirtute ac sapientia emissor Pater intelligatur, impotens & irrationalis ipse Pater, secundũ quod emissor constituetur. At uerò impia & execrabilis illa uox est, quæ Spiritus sancti omnium bonorũ datoris fontẽ, & causſam, fatuã & impotentem esse personat. Quas ob res, clarũ ut arbitror planè factũ est, Filiũ qui est uirtus & sapientia Patris, Spiritũ suũ, cum Patre ipso emittere. Quod cõstanter, piè, ac uerè, cunctorũ sanctorũ Patrũ uestigia persequẽs, oĩs magni Petri successor tenet, et huius decreti sententiã, ut societate ueritatis inexpugnabilẽ, ut uotis iustioribus gratificã, ut opulentã iustitiæ, ut priscis immixã autoritatibus, ut à summo pastore CHRISTO editã, & ut habentẽ integras allegationes, orbi uniuerso publicat, & ab antiquo ritè censet amplecti.

LIBRI TERTII ET VLTIMI FINIS.

Nic. Leris ingenuas partes colui,
per artes
liberas sat & linguas edidici sex
duas

Wenig Verstand

M. Dr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-27110/fragment/page=0486

IN INCLYTA RAV
racorum BASILEA, apud RO-
BERTVM VVINTER,
Mense Martio, Anno
à nato Christo
M. D. XLIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-27110/fragment/page=0487



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-27110/fragment/page=0488

67 10
c,13

67 10
c,13

X 2198420
Sb

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-27110/fragment/page=0489

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-27110/fragment/page=0490

EN HABES LECTOR

D. HVGONIS ETERIANI

THVSCI, DE SPIRITVS SANcti processione, autoris peruetusti Libros tres, maxima totius Orientalis Ecclesiæ iactura hactenus non euulgatos, nunc tandem diligenti cura IOANNIS HEROLD Acropolitæ, & è tenebris erutos &